



WENCESLAI TRNKA

DE KRZOWITZ

S. R. I. EQUITIS MED. DOCT. IN REGIA
UNIV. THERESIANA BUDENSI ANATOM.
PROF. PUPL. ORDIN.

HISTORIA
COPHOSEOS
ET
BARYCOIÆ.



10065

INST. MED. I. RM.
Bibliotecă Centrală
Inv. Nr. 10065

VINDOBONÆ

Prostat apud AUG. BERNARDI 1778.

26 JUN 2015

S P E C T A B I L I
E T
E X P E R T I S S I M O
V I R O
G A B R I E L I
D E V E Z A

SAC. CÆS. REG. APOST. MAIESTAT.

CONSILIARIO,

MED. DOCT. FACULT. MED. BUDENS.

DIRECTORI

E T

P R Æ S I D I

PRÆSIDII BUDENS. MILIT. NEC NON

INCL. COMIT. PEST. BILIS SOLT

ARTIC. UNIT.

PHYSICO ORDINARIO

REG. SENAT. UNIVERSIT. ASSESSORI ET

CONSILIARIO

D. D. D.
AUCTOR.

LECTORI SALUTEM

A U C T O R.

Quæ, dum tribus abhinc annis primum meum de febribus intermittentibus opus in lucem edidi, sum professus, eadem quartum adjecto ad lucubrandum animo impræsentiarum profiteor: nihil me adferre novi; idque unum me & dare & daturum futura temporis expectatione operam, ut quidquid jam inde ab exordiis artis medicæ ad nostram usque ætatem de ægritudine, quam elucubrandam suscepi, recte utiliterque uspiam dictum est, omne id ex infinitis propemodum voluminibus, quorum me potiri contigit, in unum collatum atque in perspicuum ac planum, quoad ejus fieri possit, ordinem redactum illorum in commodum, queis nec per ætatem, nec per suam

rem familiarem, nec locorum oportunitatem idem assequi est integrum, publici faciam juris. Laborem hunc invidiosone potius compilationis, quam (quod res est) systematicæ collectionis, nomine abnormis sapiens crassaque Minerva impertiri velit, neque curo, neque abnuo: qui utrumque perinde habet, is me hercle nec ab ignorantia nec partium studio nec ambitione abesse videtur. Sed quid obest, quo minus e propriis etiam observatis nonnulla admetiar? Penuria nempe eorumdem! ut qui medicinam ægris prorsus non faciam, quemadmodum nuper cuipiam usque adeo credibile visum est, ut literatos quoque hac de re certos faciendos existimarit. Ita profecto usuvenit, ut qui faciles in credendo sunt, alios quoque in errorem ducant. Cum enim apud nos satis constet, me ex Ill. SWIETENII voluntate A. 1769 in Vindobonensi militum nosocomio medicinam ægris fecisse, tum illud quoque non
igno-

ignotum est, me ad hoc usque tempus praxi
medicæ, quantum per literarios labores of-
ficiique mei genus licuit, navasse ope-
ram, ut hodiedum sint, queis operam
meam rogatus impendam. Quapropter
neque desunt, neque porro deerunt pro-
pria observationes, sed quas aliorum
reservatas velim. Nec id, opinor, li-
bellis meis quidquam seu utilitatis seu
pretii, in quo habentur, demet; satisque
in omnem mihi vitam solatii est futu-
rum, lucubrationes meas Ill. HALLERO,
quem nuper vivis exemptum irreparabili
scientiarum jactura; lugemus, ingentis
judicii Viro, ac nostra ætate nulli secun-
do, fuisse probatas; neque secius ab HAL-
LERO Clarissimi quique Viri de iisdem
existimarunt. Cum vero nullius eman-
laudes, tum præsertim nullius quoque
obrectationes magni pendo, ut qui me-
moriam teneam, nullo id meo merito eve-
nire; quandoquidem calamo nec injurio
nec infesto in quemquam profili. Id
nibi

nibilo secius stultam temeritatem sapit, eodem in genere litem facere uni velle, in quo alterum immoderatis laudibus extuleris: exemplis in rem haud opus est; tum quod cum nemine pedem conferre sit animus, tum quod propria cuique domesticorum factorum conscientia id abunde pro me sit praestitura. Sæpenumero tamen in mentem venit mirari, qui fieri possit, ut tam rara sit in mortalibus comes literis honestas? Tibi hæc LECTOR paucis innuenda duxi, ut in appetendis & evolvendis libris non tam alieno (quippe quod toties sublestæ est fidei! studioque partium clam tenetur), quam Tuo ipsius iudicio uti ac stare velis. Vale.

Dabam in præsidio Budensi

IX. Kalend. Aug. M. DCC. LXXVIII.

HISTORIAE COPHOSEOS

P A R S I.

DE NATURA, VARIETATE, ET CAU-
SIS COPHOSEOS.

C A P U T I.

DEFINITIO AC VARIETAS COPHOSEOS.

§. I.

SURDITAS, Græcis κώφωσις, est auditus ex toto abolitus; OBAUDITIO vero, seu *gravis auditus*, quem Græci βαρῦηκοίαν vocant, aut etiam δυσηκοίαν, est soni perceptio minor ejus magnitudine, quæ si tanta est, ut sonus non nisi magnus altusque in aurem inclamatus ab ægro percipiatur, ὑποκώφωσις nuncupatur. Hinc liquet, quid Latinis *surdus*, *surdasterve* sit. Mirum surditatis genus G. E. STAHLIUS a) Lipsiæ quodam in juvene observavit, qui solius tibiæ pastoralis (Chalemie Gallis, Germanis Schalmey dictæ), non item ullius alius fistulæ, sonum auribus usurpavit.

Trnka Hist. Cophos.

A

§. 2.

a) Colleg. casual. magn. Casu 76. p. 110.

§. 2.

GENERA surditatis obauditionisque non nisi ea isthic sum memoraturus, quæ ad sedem morbi detegendam totidem veluti diagnostica signa sunt futura, ac proinde ad Diagnosin morbi rite comparandam non exigui sunt momenti. Eapropter tum surditas tum obauditio est

1. *Unius vel utriusque auris.* Dextra tantum aure ab infantia surdum novit C. F. PAULLINI *a)*, qui læva aure vel digito obturata totus fiebat surdaster; e dextra vero qualibet luna decrescente per 3 4ve dies copiose, ac cum levamine, fluebat materia crocea, tenuis, acris, fœtidissima. Periade mercatorem 65 annor. novit V. RIEDLINUS *b)*, tam acuto auditu præditum, ut vel mussantes audiret, licet auris ejus dextra penitus esset surda: quod cum diu ignorasset, fortuito demum observavit, admoto auri illi horologio, cujus ne unum quidem pulsus percipere quivit. Alterius *c)* quoque ægri meminisse, qui læva aure adeo obsurduit, ut nisi vox in dextram dirigeretur, nil unquam ad narrata vel quæsitæ responderit. Numerosa passim
in

a) De nucce moschata S. 2. P. 1. memb. 2. C. 2. §. 6. p. 276. *b)* Lin. med. ann. 4. Aug. 1. p. 627 *c)* Ibidem.

in hoc libello huc facientia exempla postmodo occurrent.

2. *Continua* aut *intermittens*; hæc autem priore multo rarior, ac plerumque febris intermittens indolem redolet, cujus rei bina posthac a) exempla e I. LANZONO dabimus. Tertium B. SILVATICUS b) de Hungaro 25 annum agente refert, qui semestrem febrem quotidianam in puericia perpeffus anno ætatis 12^{mo} dolore sinistrae auris, qua matutinis horis non audiebat, nisi post prandium, vexari cœpit, prodeuntibus postremo ad remedia ob incrementem in dies dolorem auri indita numerosis vermiculis pilosis, initio vivis, postea vero mortuis, idque per aliquot annos. Quid illud erat, quod matutinis tantum horis, non item a prandio, surditatem illa in aure causaverat? Intermittens quoque erat obauditio in ægris APINI c) ac STORCHII d).

3. *Subita* vel vero *lente obrepens*. Magnopere ad id, priusquam RECIPE selquipedale promatur, est respiciendum, ne postea, perdicis jam rebus, resipiscendum sit. Causæ itaque solerter dispiciendæ, quænam subito, quæ lente auditum aboleant.

A 2

4. So-

a) Vide §. 5. B. n. 7.

c) Vide §. 28.

b) Conf. & resp. med. Cent.

d) Vide §. 22. B. n. 5).

2. conf. 19.

4. *Solitaria* aut *complicata* cum alio quopiam symptomate, id quod plurimum lucis ad detegendam morbi sedem affundet: v. g. dum simul adest

a) *Tinnitus, susurrusve*: ut in ægris BINNINGERI a), GOHLII b), HILDANI c), LINDHULTI d)), MURALTI e), PAULLINI f), SMETII g), TULPII h), &c. I. I. WEPFERUS i) narrat matronam a multis annis graviter audivisse cum tam vario tinnitu seu illusione sonorum, ut jam se campanas, jam stridorem portarum, jam mussitantium susurros, jam strepitum dilabentium aquarum audire existimaret.

b) *Vertigo, cephalalgia*: quemadmodum in HILDANI k) ægro vertigo cum tinnitu aderat, capitis vero dolor in ægris BARTHOLINI l), CAMPARDONI m), FORESTI n), FÜRSTENAUII o), GORDONI p), HOFFMANNI q), LENTILII r), WINCKLERI s), &c.

c)

a) Vide §. 35. n. 1.
 b) Vide §. 5. B. n. 5.
 c) Ibidem A. n. 4. C. n. 1.
 d) Vide §. 44.
 e) Vide §. 34. n. 1. c).
 f) Vide §. 22. B. n. 3.
 g) Vide §. 5. B. n. 1.
 h) Vide §. 8. n. 4. b).
 i) Obs. med. pr. de affect. cap. Obs. 187.

k) Vide §. 5. C. n. 2.
 l) Vide §. 7. B. n. 1.
 m) Vide §. 49. n. 1.
 n) Vide §. 5. B. n. 1. 1.
 o) Vide §. 56.
 p) Vide §. 29. d).
 q) Vide §. 5. B. n. 4. & §. 9. n. 3.
 r) Vide §. 5. B. n. 1.
 s) Vide §. 29. d).

c) *Aphonia*: quam simul patiebantur ægroti SCHROETERI a), LITTRII b), HOECHSTETTERI c), DANIELIS d), PLATERI e), RIEDLINI f), aliorumque g).

d) *Visus abolitus vel depravatus*: velut in casibus, AMATI b), HAENII i), EGGERDESII k), HOFFMANNI l), DRELINCURTII m), in quibus cophosis amaurosi juncta erat; SEVERINI n) autem æger surditatem cum tinnitu & amblyopia patiebatur: contra ea WATHENII o) in ægro surditati spectra visionis sociabantur.

e) *Anosmia*: quam simul ægri LENTINI p) ac PLATERI q) sunt perpeffi.

f) *Aures manantes*: quas experti sunt simul ægroti Z. VOGELII r), PEZOLDI s), TOZZII t), aliorumque u).

A 3

CA-

a) Vide §. 41.

b) Vide §. 10. n. 5.

c) Vide §. 34. n. 4.

d) Ibidem.

e) Vide §. 10. n. 5.

f) Ibidem.

g) Vide Fränk, Samml. cit.

ad §. 22. B. n. 5.

h) Vide §. 5. C. n. 2.

i) Ibidem B. n. 7.

k) Vide §. 41.

l) Vide §. 6. B.

m) Ibidem C. n. 1.

n) Ibidem n. 2.

o) Vide §. 65. obs. 6.

p) Vide §. 5. B. n. 4.

q) Obs. L. 1. p. 118.

r) Vide Histor. 3.

s) Vide §. 26.

t) Vide §. 5. B. n. 8.

u) Ibid. cit. Annal. Vra-
ußl.

CAPUT II.

CAUSÆ PROEGUMENÆ.

§. 3.

I. **HEREDITARIA dispositio**, qualem F. HOFFMANNI *a)* æger, cujus pater quoque surdaster erat, habuisse videtur. Etiam B. SILVATICUS *b)* meminit pueri duoden- nis, qui ex hæreditario catarrho in surdi- tatem incidit. Perinde genitor auditoris mei, cujus casum alibi *c)* sum daturus, ob- auditione ex intervallis infestari solet. De- nique haud ita dudum abhinc nobilis juve- nis 30 annos natus me consilii causa con- venit. Querebatur se ab anno ætatis quar- to decimo utraque aure, deterius tamen dex- tra, graviter audire, malumque ab ipso tem- pore incrementa capere; humida tempestas, balnea, diætæ errores, injectiones in aurem, vaporesque, malum auxisse observata sunt. Sub strepitu melius se audire negavit; con- tra ea clarius sibi hiantes, quam clauso, ore audire videtur. Perpetuam in aure ac circum tempora tensionem sentit cum tinni-

a) Vide *Histor.* 1.

b) *Consil. & respons. med.*
Cent. 3. cons. 17.

c) Vide §. 34. n. 1. e).

nien, bombis, ac sæpernumero recurrente cephalalgia. Cerumen parcius ab aliquo jam tempore sibi fecerni animadvertit: porus tamen acusticus, pro eo ac par est, utrinque exploratus nihil præbuit vitii. Rogatus æger, num quis aut parentum aut sanguine junctorum eidem esset audiendi malo obnoxius? reposuit: patrem suum in juventute fortuito læva aure prorsus obsurduisse, tamen et si id nullo ejus detrimento acciderit, ut qui sola aure dextra ad mortem usque cuiusvis sani instar, probe audivisset. Matrem quod attinet, prima perinde in juventute a sono tubæ venatoriæ omnem dextræ auris auditum amisisse, lævæ autem usum ad 40 usque vitæ annum fuisse integrum: inde vero semper gravius illam audire cœpisse. Fuisse etiam ejus propinquis mali hoc genus commune. Erant his ipsius parentibus proles universim quinque, omnes ex auribus laborantes, verum non prima in ætate, in qua omnibus constitit auditus, sed qui postea vitari cœpit; neque etiam circa idem cuiusvis id accidit ætatis tempus, etenim fratrum natu maximus circa 6. 7ve vitæ annum obaudire ocepit; proximus huic nonnisi quinto vicesimo ætatis anno malum sensit; noster vero 14^o anno surdaster fiebat. Sorori porro natu minimæ sextum agenti annum, quo tempore variolis

correpta est, obauditio accidit: hæc aliquot ante annos digiti minimi ope massam quamdam concretam duram, articulum digiti fere æquantem, cerumini spisso haud absimilem, ex aure eduxit, at nullo levamine. Sola soror natu major, quam 27^o vitæ anno febris hæctica vivis exemit, communi familiæ morbo vacua mansit; ad quem tamen dispositam perinde fuisse aures continenter manantes persuadebant, id quod ipsum forte in causa fuerat, quod minus obauditio*n*i facta sit obnoxia. In hoc itaque domestico malo singuli variorum remediorum, quæ fors cuique obtulit, periculum fecere, at casto ubique labore: nec sempervivi succus, nec vapor absinthii, nec fumus ceratæ chartæ accensæ, nec leporis urina, nec alia auri immissa, quidquam opis tulere; quin pyralismum quoque mercurialem frater secundus frustra, nec sine vicino discrimine, sustinuit. Idcirco tamen si exigua spes malo ægri mihi oblata cum inveterato (ut quod ab 16 annis invaluerit), tum præsertim hæreditate accepto, reperiundi remedium affulgeret, animus tamen erat omnia illa experiri præsidia, quæ adversus hoc malum ars foteria longo multiplicique usu proficua esse comperit. Sed proximus optimi ac meliore sorte digni juvenis in patriam reditus omnem mihi conceptam spem præcidit.

Com-

Commendaveram nihilo fecius proficiscenti una Medico (amico meo) ægrum, auctore que eram, nihil ut intentatum relinqueret, meque de qualiquali remediorum eventu per litteras certiore redderet; sed ex illo tempore, quo loco res ægri forent, nihil dum exploratum teneo.

2. **AETAS** vel *tenera* vel *provec̃ta*. Infantes quidem cum ob deciduam illam pseudomyringem, cum qua in lucem veniunt, si non secedat suo tempore *a*), tum etiam ob aurium fluxum, achores, aliaque sibi propria incommoda, facile sensu audiendi privari possunt. Contra ea senes ob vasorum, muscutorum, membranarumque rigiditatem, nervorum occallescentiam, &c. huic morbo sunt expositi, præprimis vero ob crebriores ac diuturniores catarrhos sibi admodum familiares, ægreque teste HIPPOCRATE *b*) curabiles: ex quibus quam facile auditus imminui queat, postea *c*) passim dicetur.

3. **LAXITAS vasorum acusticorum** peculiaris, seu e nativa conformatione, seu vicio sex rerum non naturalium, oriunda. Posterioris ordinis laxitatem observavit I. D. GOILLIUS *d*) in futuro, obsurdescentiam a

A 5

me-

a) Vide §. 9. n. 1. d).

b) Sect. 2. aph. 40.

c) Vide §. 1. n. 2.

d) Act. med. Berol. Dec.

1. Vol. 5. art. 2. n.

2. p. 14.

metastasi febris acutæ in pueritia nocte accessere verbera, quibus caput afficiebat ejus frater. Hinc factum est, ut surdaster hic, quotiescunque aliqua ægritudine corripereetur, penitus fieret surdus. L. HEISTERUS a) etiam narrat virum 36 annor. 10 annis jam surdum postea una aure rursus audire cœpisse, post hebdomadem vero denuo obsurduisse: cumque a V^o S^e ac remediis aliis iterum audire occiperet, paulo post rursus auditu fuisse privatum.

4. CALCULOSA vel ARTHRITICA *diathesis*. Dicitur inferius b), cerumen spissum copiosius collectum adeo interdum indurari, ut in gypsi abeat indolem, seu eam præ se ferat substantiam, quæ in arthriticorum tophis reperitur; quæ porum acusticum inferciendo auditum tollit. Cerumen ita lapidescens rarum quid esse, veteribusque ignoratum, cum CASSERIO c) affirmat MORGAGNIUS d): ego isthoc iis præsertim solenne esse arbitror, qui aut calculosæ aut arthriticæ sunt diathesi obnoxii. Innuunt id mihi observata, quæ more meo semper præ oculis habeo; sic BARTHOLINI uxor e) arenosum cerumen

a) Medic. chir. anat. Wahrnehm. 2. Band. n. 340.

b) Vide §. 7. B. n. 6.

c) In T. BONNETI Sepulcr. anat. L. 1. S. 19. obs. 5.

d) De sed. & caus. morb. Epist. 14. n. 11.

e) Vide §. 7. B. n. 6.

men habens nephritica simul erat, testante id alio loco BARTHOLINO *a*); nephriticus quoque erat monachus MÜLLERI *b*); HOFFMANNI *c*) vero surdaster arthritide laboravit. Utinam & ceteri *d*), qui gypseum observarunt cerumen, ad idem hoc proegumenon advertissent animum, ut certius quid hanc in rem proferri posset.



CAPUT III.

CAUSÆ PROCATARCTICÆ.

§. 4.

Quanta sit causarum audicium imminuentium multitudo, cum ipse partium organum auditus constituentium numerus, tum & multifaria singularum vitia, queis obnoxie esse vel possunt, vel repertæ sunt, quemadmodum id fuisse apud OOST. SCHACHTIUM *e*) videre est, abunde docent: ut proinde recte dixerit H. BOERHAAVIUS *f*) surditatem unum esse morbum & millicuplum. Interea mei
ego

a) Hist. anat. rar. Cent. 3.
hist. 4.

b) Vide §. 7. B. n. 6.

c) Vide Histor. 3.

d) Vide §. 7. B. n. 6.

e) l. c. §. 4. sqq.

f) Prælect. acad. in propr. instit. c. n. HALLERI ad §. 693. 850. sqq.

ego moris institutique tenax non alias isthic sum enumeraturus, quam quæ per experientiam sunt observatæ. Hinc

§. 5.

I. VASORUM *infarctus* in capite, quo fit, ut vel nervus acusticus in origine, descursive, & expansione, vel cortex cerebri ea sui parte, unde fibræ medullares acusticorum nervorum oriuntur, comprimatur, sicque fluidi nervei vel secretio vel trajectus ad organum auditus inhibeatur. Tria autem sunt in primis, quæ infarctum ejusmodi efficiunt, videlicet

A) *Sanguinis motus versus caput auctus*, quem eo concitant

1. *Sternutatio*, in qua repente obortus faciei rubor satis innuit, sanguinem ad caput uberius compelli. Porro aer sub eadem per tubam acusticam in caveam tympani violente irruens myringique valide impactus hanc laxiorem julto efficere, ac forte etiam, ut nonnullis a) visum, ossicula acustica luxare valet, quæ singula auditum labefactant. Certe I. I. WAGNER b) novit virum literatum 55. annor. plethoricum a pul-

a) Apud MORGAGN. Epist. anat. 7. n. 14. b) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 9. obs. 26.

pulvere ptarmico intempestive usurpato in immedicabilem auris dextræ cophosin coniectum. Ab iisdem prorsus momentis rationum surditas pendet, quam

2. *Emunctio narium* crebra ac vehemens inducere observatur, veluti RIEDLINI viduæ a) accidit, juvenique b) aliquot hebdomadis coryzam passo, quam pulsurus, dum aliquoties fortiter nares emunxit, in gravissimum incidit auditum. Perinde

3. *Clamor* intensior ac diuturnus sanguinem versus caput allicit, ejusque inde refluxum remoratur, id quod etiam turgens ac rubens clamantium facies ostendit. Ita meminit I. H. SCHULZE c) Professoris cujuspiam, qui dum schola non omnes auditores caperet, eorumque plurimis præ foribus ac in area consistendum esset, ut ab omnibus exaudiretur, vocem nimis intendens ab illa die surdaster est effectus.

4. *Vomitus* quam vehementer sanguinem superiora versus compellat, concomitantia eum & consequentia symptomata ac præsertim aurium tinnitus, neminem id ignorare patiuntur; ut adeo nil mirum sit, infarctum inde, hinc vero surditatem consequi

a) Vide §. 34. n. 4.

b) Lin. med. ann. 3. Dec.

c) Diff. de audit. diffic.

§. 23.

sequi. HILDANI *a*) matrona juvenis ad abi-
gendum gravativum ventriculi dolorem, cru-
ditatibus imputatum, hausit binis diebus
continuis vinum emeticum: secutus est vo-
mitus fere internecinus cum dolente aurium
tinnitu, quem utriusque auris cophosis ex-
cepit. Cumque ad instillatum auribus acu-
sticum remedium læva ex parte auditus red-
iisset, dextra auris, quæ semel jam olim ab
ejusmodi cophosi sanata erat, in præsentī
surda mansit.

§. *Stomachi, intestinorumve repletio.*
F. HOFFMANNUS *b*) auditus difficultatem
per intervalla redeuntem vel saltem exacer-
bationes habentem observari ait in ægris,
qui crebris flatibus sunt obnoxii, ab alimen-
torum indigestione, primarumque viarum
atonia, oriundis, ut sunt hypochondriaci.
Fit enim, ut primæ viæ aere nimis turgidæ
abdominis comprimendo vasa sanguinem co-
pia uberiore versus caput urgeant, sicque
tinnitum ac obarditionem creent. Meminit
ejusdem in hypochondriacis mali M. ETT-
MÜLLERUS *c*), nisi quod illius causam in
fugaci myringis tensione spasmodica quæ-
siverit.

6.

a) Obs. med. chir. Cent. 5. *c*) Opp. T. 2. F. 1. Coll.
obs. 12. exempl. 1. præf. L. 2. S. 2. C. 2.

b) Med. rat. syst. T. 4. P. 4. C. 6. art. 1. p. m. 734.
thes. path. §. 9. & obs. 6.

6. *Graviditas* eandem obauditionis genesim inducit, quam N^o præc. obtinere dixi.
 I. LANZONUS a) „ honestissimam feminam
 „ novit, quæ surditate afficitur, quando utero
 „ ro gerit; terminato autem partu sensum
 „ auditum recuperat: cum vero prægnans
 „ non est, recte omnia audit, id quod in
 „ 4 graviditatibus ipsi evenit. Sic sacerdos
 „ fide dignus ei narravit, se nosse uxorem
 „ cuiusdam rustici, quæ quotiescunque gra-
 „ vida erat, non tantum surditate afficie-
 „ batur, verum etiam dolore Ischiadico,
 „ & ulcere in crure; at excluso partu pri-
 „ stinam recuperabat sanitatem „.

7. *Tumores* vasis majoribus incumbentes, cujusmodi erant parotides in STÖRCKII b) viro. Sicut & a parotide cancerosa auditum penitus abolitum narrat I. I. WEPFERUS c). Apud I. SCULTETUM narrante I. B. LAMZWEERDE d) „ leno tantum in ingui-
 „ ne venereum passus bubonem ... ut rupto-
 „ ria digiti I $\frac{1}{2}$ latitudinem excedentia nec-
 „ dum cavitatem penetrarent, ut adjuvante
 „ ferro via aperienda foret. Notatu dignum
 „ erat, quod gravis surditas hunc comitare-
 „ tur bubonem, quæ decrecente bubone
 „ de-

a) A.Q. nar. cur. Vol. 2. obs. 76.

b) Vide §. 13. n. 1.

c) l. c. Obs. 182. p. 195.

d) Append 2. obs. 19. p. m. 649.

„ decreſcebat , & increſcente increſcebat ,
 „ & non niſi ſublato bubone deſinebat „ .

8. *Febris* vehemens , in aſcenſu vel coſtione ; qua de re plura in prognofi a) dicentur.

9. *Sanguinis miſſio* e partibus ſuperioribus non raro efficit , ut ab imis membris humores ſurſum ferantur , capitisque vaſa inferciant. Teſtatur WEPFERUS b) „ obſervatum a nimis crebra ſcarificatione auditum graviorem redditum , & vertiginem attractam fuiſſe „ . Virgo 22 annor. narrante G. C. MATERNI de Cilano c) , gutta roſacea crebrisque narium hæmorrhagiis laborans ad ruborem faciei in aulicum pallorem mutandum conſilio matronæ utramque aurem decreſcente luna ſcarificari juſſit : evanuit faciei rubor , diſparuit gutta roſacea ; at 5^a poſt die baryecoa , die 15^a copholis , aderat. Menſes quoque ter ſubſtitere ; ſed ubi 4^o menſe parumper fluere cœpiſſent , copholis minuebatur , & cum ſolita copia 5^o menſe fluerent , copholis deſiit , at gutta roſacea eſt reverſa. Non improbabile eſt , ſimile quid in RIEDLINI d) quoque muliere 50 annis majore accidiffe , que poſt
 V. S.

) §. 13.

) Obſ. med. pr. 1. c. p.

196.

e) Aët. nat. cur. Vol. 9.

Obſ. 88.

d) Curat. med. n. 993.

V. S. sibi non infuetam adeo obfurduit, ut non nisi alte loquentes intelligeret.

10. *Balnea, capitiluvia*, præsertim in plethoricis vel cachecticis, veluti seni L. SCHROECKII a) a laconico, ac HELLWIGIO b) accidit. M. GERBEZII c) „rusticus acutissimo alias auditu præditus quodam vespere aqua calida sibi caput, ad eluendas inde sordes, ablui curat, desuperque se lecto committit dormiturus. Sed ecce mane expergefactus vix aliquem sonum percipit „.

B) *Metastasis* sani aut morborum, velut

I. *Perspiratio* imminuta, *sudorve* repressus, præsertim flante austro; etenim teste HIPPOCRATE d) „austri auditionis hebetudinem & visionis caliginem inducunt „. Apud R. LENTILIUM e) quidam gelu summo . . . existente, caput vitæ quidem munitus, auribus autem frigori patulis, in domo quadam occupatus per aliquot dies circumcurabat, contracta hinc obauditione „. Alter f) vero 32 annor. venationi pluvio tempore indulgens carebariam primo, postea susurrum velut

Trnka Histor. Cophos.

B

bulli-

a) Vide §. 11. n. 2.

b) Vide §. 12. n. 4.

c) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 3. obs. 9.

d) Sect. 3. aph. 5.

e) Eteodr. med. pr. A. 1709. Januar. 29. p. 71.

f) Ibid. Decemb. 3. p. 1261.

bullientis aquæ contraxit. Cathartico sumpto cum nihilominus itineri se dedisset, obauditione tanta multabatur, ut vix semetipsum, nedum alios loquentes, audiret. Tertius a) 60 annor. aere frigido, & ventis borealibus flantibus, equo veclus omnem pene sinistrae auris auditum amisit. B. SILVATICUS b) perinde duorum meminit, quibus aer ventosus ac pluvius auditum imminuit, ac priori quidem illorum usque adeo, ut post immodicum plurimum dierum in locis palustribus sub cælo pluvio ac ventoso exercitium auri dextræ auditus prorsus perierit, in læva autem insigniter fuerit labefactatus. Ita etiam P. FORESTI c) ægra ad 22 ann. nata, obesa, ac phlegmatica, dum in frigore humido brumali ac ventoso linteamina lavaret, cephalalgiam cum gravedine contraxit, qua neglecta demum ita obsurdit, ut neque campanas audiret.

2. *Lacrimarum fluxus* solitus subsistens. „Feminam pauperem . . . aliquando „curabat C. PEZOLDUS d): hæc 46 annor. „temperamenti cholero melancholici olim „maniaco postea melancholico affectu la- „bo-

a) Misc. med. pt. F. 1. p. 64.

b) Conf. & resp. med. Cent. 1. conf. 20. 21.

c) Obs. & cur. med. L. 12. Obs. 14.

d) Obs. med. chir. select. 14.

„ borans . . . δυσηκοίαν sex septimanis da-
 „ rantem incurrebat, inde enatam, quod
 „ lacrimarum familiarium rivus siccaretur;
 „ iis enim postmodum iterum largiter flu-
 „ entibus mox illa auditus difficultas iterum
 „ desit „ .

3. *Ptyalismus* repressus. Non raro accidit, teste F. HOFFMANNO a), ut si ptyalismo mercuriali procedente æger caput auræ frigidæ boreali exponit, imminuto salivæ inde fluxu auditus ob infarctum vasorum acusticorum labefactetur.

4. *Hæmorrhagiæ consueta suppressæ*, aut quæcunque usitatæ sanguinis vacuationes neglectæ. Ab hæmorrhagia narium non reversa baryecoiam WEPFERI b) vlr pati cœpit. F. HOFFMANNUS c) virum novit ad 30 annos natum, sanguineum, a teneris frequenti narium hæmorrhagiæ circa æquinoctia potissimum obnoxium, qui adultior factus V^æ S^e vere & autumno liberali instituta hæmorrhagiam quidem præpedivit, sed cephalalgiam ejus in locum iisdem periodis revertentem, sponte tamen iterum cedentem, sibi conscivit. Postea neglecta V^æ S^e ineunte vere carebariam cum faciei tumore ac rubore incurrit: cumque nihilo-

B 2

mi-

a) l. c. thes. path. §. 1.

b) Vide Histos. 4.

c) l. c. T. 4. P. 2. S. 1.

G. 1. Obs. 7.

minus alta & intensa voce in aliis docendis loqueretur, secuta est barycoia cum tinnitu, pedisque ac manus in latere dextro torpore, quæ ipsum multos annos usque ad mortem affixerunt. A mensium suppressione idem accidit. D. L. EBERSBACH *a)* vidit puellam 17 annor. quæ subsistentibus catameniiis nil pene audiebat, ac reverso fluxu audita rursus gavisa est. Perinde matronæ HEISTERI *b)* 43 annor. plethoricæ, sanæ, partu sæpius levatæ, cum aliquo tempore menses non fluerent, auditus difficultas oborta est. Apud L. LENTINUM *c)* vero femina duodequingenta annor. fluentibus catameniiis nudipes per paludes iter faciens fluxu illico cessante exhorruit, posteroque die auditu & olfactu privata est, accensa febre. Revocatis mensibus mala omnia desiere. Verum 52 annos natæ desinente rursus fluxu ulcera pedum oborta, quæ dum sanasset, denuo auditum olfactumque amittit: ubi vero ulcera arte revocata sunt, utrumque iterum recuperavit. Feminae alius meminuit I. D.

GOH-

a) Annal. Wratisl. Tent. 31. A. 1725. Mart. Cl. 4. art. 9. p. 293. vid. Tent. 7. A. 1719. Jan. Cl. 2. art. 1. §. 2. p. 27.

b) Med. und chir. Wahrnehm. 2. Band. n. 381.
c) Obs. med. Fasc. 1. Obs. 9.

GOHLIUS a), quæ desinente menstruo fluxu surdastra evasit adeo, ut licet octies malum aquarum Freyenwaldensium efficacia discesserit, nihilo tamen secius ex toto liberari ab illo nequiverit, ut quod ad tempora periodica recurrebat.

5. *Fluxus aurium* subsistens, velut in F. HOFFMANNI b) ægrotò accidit, nec non in P. FORESTI c) famula 16 annor. quæ post ruptum in aure dextra abscessum sanie non amplius fluente in diuturnam incurrit cophosin cum capitis dolore, a qua tandem potu discutiente, catharticis iteratis, scarificatione scapularum, & illitu ungv. alabastrini circa aurem, instillatoque bis terve quotidie in aurem acustico liquore, ex ol. amygd. amar. ℥j. & ol. rutacei ℥ss parato, est liberata.

6. *Scabies repressa*, ac præsertim achores. Veri est simile, oriundum ab hacce causa infarctum vasorum in glandulis præcipue contingere, vel ipsi organo auditus propriis, vel tubæ, &c. vicinis; quandoquidem videre est ab achoribus repressis glandulas colli sæpenumero tumere, aures manare, reversisque achoribus hæc ipsa de-

B 3

nuo

a) Act. med. Berolin. Dec.
1. Vol. 5. art. 2. n.
74. p. 82.

b) Vide Histor. 1.
c) Obs. & cur. med. L. 12.
Obs. 15.

nuo evanescere. B. TIMÆUS *a)* narrat puerum ab retropulsis mercuriali litu achoribus in triennem baryecoiā incidisse. Apud F. HOFFMANNUM *b)* „ ab oleo olivarum „ capiti inuncto originem traxit in puella „ achorosa surditas per 7 menses durans „. I. D. GOHLIO *c)* afferebatur puer 16 annor. curandus, qui, achoribus ulcerosis raso capiti butyro illito confanatis, non ita multo post de gravitate ac tensione crurum queri cepit; supervenit dein tumor utriusque genu, ac alius utriusque tibiæ tophaceus cum periodicis doloribus in ulcera ossium tenuis degenerans, queis confanatis, uti & ulcere alio frontis, quod e pustula enatum os coronale exedit, coalito, successit baryecoiā cum strepitu ac susurro aurium in perfectam demum cophosin abiens, &c. Eadem etiam fortuna fuit feminae, cujus meminit I. H. FÜRSTENAU *d)*.

7. *Arthritis, podagra anomala eandem ægritudinem causare solent, quemadmodum BIERLINGII e)* arthritico accidit. In Annalibus Vratisl. *f)* podagricus 56 annor.

a) Epist. med. L. 1, epist. 29.

b) Opp. T. 6. Diss. de remediis benignioribus, abusu & noxa, §. 35. p. m. 336.

c) Act. med. Berolin. Dec. 1, Vol. 7. art. 1, p. 7.

d) Vide §. 56.

e) Vide §. 28.

f) Tent. 7. Jan. Cl. 3. art. 1. §. 2. p. 27.

annor. insultu autumnali podagræ non reverso incidit mense Januario in difficultatem auditus; quod ipsum alteri quinquagenario a) ex eadem accidit causa, nisi quod huic remittente barycoia dolores brachium prehendunt, ac postea mictus cruentus cum ardente urethræ dolore accesserit.

8. *Febrilis depositio.* Quando nimium materia morbosa vel ob vim vitæ debilem vel suam indolem tenaciorem per colatoria evacuari nequens in vasa acustica compellitur in declinatione febrium vel critica perturbatione. Fieri id in febribus cum continuis tum intermittentibus assolet, A. de HAEN b) refert viro cuidam e pleuritide neglecta, metastasin criticam in crura occipisse, inde vero materiam mox avocatum nervis acusticis opticisque incubuisse adeo, ut homo surdus cæcusque evaserit, pectore tamen liberato. Gopholis quidem qua sponte qua cathartico forti vix non ex toto cessit; amaurosis vero ad efficacissima quæque immedicabilis restitit. Ceterum quod ad continuas acutas attinet, plerumque sunt biliosæ (quas plerique malignas antehac nuncuparunt) exanthematicæ, ut apud I.

B 4

STOR-

a) Ibid. Febr. Cl. 2. art. 1. b) Rat. med. P. 3. C. 6.
S. 2. p. 145. n. 26.

STORCHIUM *a*), C. H. SCHOBELTUM *b*), aliosque epidemiarum Scriptores videre est. Cujusmodi quoque fuisse videntur, quas furdaſtri inde facti ægri FORESTII *c*), HEISTERI *d*), LENTILII *e*), SCHROETERI *f*), WINCLERI *g*), PLATERUS ipse *b*), &c. sunt experti. In febribus autem intermittibus cophosis tum vel maxime accidit, quando hæc vel sponte fatiſcunt, motibus ſuis elangueſcentibus, qui materiam reſiduam e corpore elidere non amplius valentes eam in acuſtica vaſa compellunt, vel febrifugo quocunq; ſeu ob doſin ejus juſto minorem ſeu vim febrifugam non ſat efficacem, imperfecte ſupprimuntur, atque idem ita, quod ſponte ſenſim fatiſcentes, efficiunt: velut id obſervata HAENII *i*), MORTONI *k*), Z. VOGELII *l*), ac WERLHOFII *m*) teſtantur. I. LANZONUS *n*)

” Vi-

a) Obſ. clinic. ann. 3. p. 213. ann. 4. p. 335. 408. 450. ann. 6 p. 434 441. ann. 7. p. 266. 284. 287. ann. 8. p. 387.

b) Beſchreib. der Epidem. in Alt. Maſk 1772. §. 96.

c) l. c. obſ. 15.

d) l. c. n. 356.

e) Eteodr. cit. Septemb. 4 p. 836.

f) Vide §. 41.

g) Miſc. nat. cur. dec. 1. ann. 6. obſ. 110.

b) Obſ. L. 2. obſ. 4. p. m. 267. ſqq.

i) Rat. med. P. 11. C. 1. §. 1. p. 4. 5.

k) Pyretol. exercit. 1. C. 7. p. m. 51.

l) Vide Hiſtor. 3.

m) Obſ. de febr. Sect. 3. §. 6. p. 98.

n) Act. nat. cur. Vol. 1. Obſ. 38.

„ vidit civem sexagenarium duplici quarta-
 „ na correptum, quæ... post 9^um paro-
 „ xysmum in surditatem totalem fuit muta-
 „ ta, adeo ut nec campanæ sonum nec
 „ bombardæ ictum audiret, & quamvis
 „ multa fuerint tentata remedia, auditum
 „ non recuperavit „. Verum enim vero
 intermittentes non in discessu modo, verum
 ipso in vigore paroxysmorum etiam copho-
 sin producant. I. LANZONI a) „ adole-
 „ scens nobilis tertiana febris corripitur A.
 „ 1704. mense Jun. & cum incipit rigor
 „ ac vomitus, surditas pariter aggreditur,
 „ crescente febris augetur ita, ut in paro-
 „ xysmi febrilis augmento nec campanarum
 „ sonitum, nec tympanorum strepitum,
 „ neque tubarum clangores audiat: ast de-
 „ clinante febre paulatim cessat surditas, &
 „ sensim auditum recuperat. Cessante au-
 „ tem omnino 3^a omnino pariter surditas
 „ evanescit „. Simillimum casum idem hic
 Auctor postea A. 1721 mense Jul. in mer-
 catore Ferrariensi vidit b), „ qui post va-
 „ rios in victu errores incidit in febrem
 „ erraticam, quæ rigore incipiebat, & su-
 „ dore terminabat, ac paroxysmus se ex-
 „ tendebat usque ad 9 horas; modo post

B 5

„ 4^um

a) Misc. nat. cur. dec. 3. b) Act. nat. cur. Vol. 1. obs.
 ann. 9 & 10. obs. 208. 32.

„ 4^{um} diem redibat, modo post 7^{um}: ve-
 „ rum . . . quando febris incipiebat, auditu
 „ privabatur patiens; quando vero abibat,
 „ auditus redibat; exhibita vero chinchina
 „ ad plures dies in vino generoso æger
 „ perfecte convaluit „. In ejusmodi casti-
 bus metastasisne an aliud quid cophosim in-
 ducat, disceptare nolim; videtur tum du-
 plex causa vasa infercire, sanguinis videl.
 in frigore a vasorum cutaneorum contractio-
 ne introrsum compulsio atque immeabilitas,
 in calore porro ejusdem rarefactio.

9. *Capitis morbi* denique non raro
 metastasi ad organa sensuum externorum (ut
 nares, oculos, aures) facta terminantur.
 Ita I. D. GOHLIUS a) narrat pannifici 28
 annor. *vertiginem* in difficultatem auditus
 cum susurris aurium desuisse. Sed multo fre-
 quentius *dolor capitis* atrox ac diuturnus
 baryecoa aut cophosi solutus est b). Sic
 L. TOZZI c) „ novit quemdam diuturno
 „ capitis dolore vexatum tandem surdum
 „ evasisse, facta scil. post longum tempus
 „ purulenti humoris depositione ad aures,
 „ unde diu & abundanter ille effluxerat „.
 Similem quoque casum in Annalib. Vra-
 tisl.

a) Act. med. Berol. Dec.
 1. Vol. 5, att. 2. n.
 69. p. 77.

b) CÆLIUS L. 6. C. 7.
 att. 7.

c) Opp. T. 1. med. pr.
 Cap. 1. p. m. 73.

tisl. a) est videre : adolescens 15 annor. post aliquot hebdomadam dolorem capitis aure dextra obsurduit cum puris tenuis ex eadem continuo effluxu. Verum utrumque malum diligens auris bis in dies facta purgatio, adhibitusque fons cerevisiæ calidæ cum Juniperi & oleo Carvi acuatae, nec non bina diaphoretica, & catharsis, intra 4 hebdomades prorsus discusserunt, solo superstite quandoque susurro. Non tamen surditati ita natæ individuus est comes aurium fluxus, ut qui interdum abfuerit. Matrona TIMAEI b) ex diuturna cephalæa, cum aurium tinnitu, sensim in barycoiam incidit. Apud SMETIUM c) juvenis a prægresso capitis dolore adeo utraque obsurduit aure, ut nec summas in aurem inclamationes, nec maximos fragores perceperit : internos autem strepitus assiduo sensit.

C) *Sanguis e majoribus ramis in minimos vi externa compulsus, id quod ethiciunt*

I. *Soni validi, fragores.* Non sum quidem nescius, causæ hujus in organum auditus actionem, læsionisque modum, varie

a) Tent. 19. A. 1722, Mart.

Cl. 2. art. 3. §. 1. p. 242.

b) Cas. med. L. 1. casu 31.

c) Miscell. med. L. 10.

p. 548.

rie a variis accipi; sunt enim, qui myringem inde vel nimis debilitari vel rumpi etiam arbitrentur; sunt alii, qui fragore nervum acusticum, haud secus, ac a valida subitaque luce nervis opticis accidit, paralyticum pareticumve reddi voluerint; alii denique terrori ex improvise fragore percepto auditus læsionem omnem tribuunt, &c. Ego vero, etsi horum quædam aliquatenus locum simul habere non abnuerim, existimo nihilominus præcipuum a fragore læsionis modum in eo esse situm, quod sanguis e majoribus vasis in minima uberius compellatur, id quod & læsionis magnitudo varia, & eidem conjuncta phænomena (ut cephalalgia, tinnitus, &c.) satis persuadent; quis autem credat cophosim subitam a sola myringe læsa a), quis a solo nervo acustico affecto eandem cephalalgia ac tinnitui junctam, proficisci? Exemplis HILDANI b) res magis elucescet, sc. textori 40 annor. humi dormienti socius per jocum sclopetum juxta aurem explosit: unde ille adeo perculsus est, ut se e latere in latus revolvens cibum indigestum, summis cum doloribus capitis, vomeret; ac licet mox facta medela debita a symptomatis commoti cerebri sit vindicatus, auditum tamen illius auris, qui tunc
pla-

a) Vide §. 9. n. 5.

b) l. c. Cent. 3. obs. 6.

plane perierat, non nisi longo post tempore recuperavit. Porro a) decrepitus presbyter campanas in turri pulsans (quod a multis jam annis non tentavit), protinus cephalalgia cum tinnitu correptus obsurduit. Imo tanta est quandoque aeris sub id genus fragoribus, quos bellicæ machinæ ex accenso pulvere pyrio excitant, impulsivi vehementia, ut teste A. G. RICHTERO b) pyrobolariis non auditum modo labefactet, sed sanguinem quoque ex auribus proliciat. Quæ cum ita sint, quid mirum est, si quod RIOLANUS c) refert, accolæ Nili ingenti cum strepitu cadentis sirdastri sint? sic etiam „ eos, qui diu inter tormenta bellica „ versati fuerunt, ætate provectori plerumque fieri surdos, docet experientia „ inquit HOFFMANNUS d). Quæ de machinis bellicis dicta sunt, eadem *fragor fulminis* efficit. P. BORELLUS e) narrat famulum audito fulminis in loco, ubi ipse erat, illapsi ictu subito obsurduisse. Mutum surdumque e fulminis fragore puerum pastorem factum perinde legimus f). Plura huc faci-

„ en-

a) Ibid. obs. 5.

b) Chirurg. Biblioth. 1. B. 1.

St. p. 24.

c) Enchir. anat. path. L. 4.

p. 289.

d) Med. rat. syst. T. 4. P. 4.

C. 6. thes. path. §. 5.

e) Hist. & obs. med. phys.

Cent. 4. obs. 3.

f) Fränk. Samml. 3. B. 26

St. 5. art. p. 176. Vide

§. 22. B. n. 5.

entia ex RIEDLINO *a)*, REUSNERO *b)*, SCHOTTOQUE *c)* suis dabuntur locis. Quæ hic autem de humorum in minima vasa, compulsionem a sonis dicta sunt, eadem prorsus efficit

2. *Contusio capitis*, præsertim ictus auri inflictus, id quod vel I. H. SCHULZII *d)* casus commonstrat. Ab solo validiori colapho auditus imminuit, imo aboliti, exempla perquam numerosa historia medica suppeditat. AMATI *e)* mulieri inflicto colapho eodem die utriusque oculi amaurosis orta est; brevi post surdastræ quoque ac fatuæ factæ, menses substitere. Ita RIEDLINUS *f)* quoque pueri meminit, qui auris illius, cuius lateri colaphus est impactus, auditum fere ex toto amisit. FORESTI *g)* perinde æger a plagoso præceptore circa anrem percussus surdaster evasit, unoque præ alio die deterius audiit. Apud C. F. PAULLINI *h)* „cantor. . . puerum 13 annor. . . „ colapho inflicto omni privavit auditu. „ Fatebatur puer, se alapa accepta super „ sca-

a) Vide §. 22. B. n. 1.

b) Vide §. 34. n. 1. d).

c) Vide §. 73.

d) Vide §. 10. n. 3.

e) Curat. med. Cent. 7.
cur. 44.

f) Lin. med. ann. 5. Jan.
81. p. 93.

g) I. c. Obs. 12.

h) Misc. nat. cur. dec. 2. ann.
1. app. p. 59. obs. 95. &
de Nuce mosch. S. 2. P. 1.
membr. 3. C. 2. §. 5.
p. 275.

„ scamnum in terram lapsum, sensisse æ-
 „ rem frigidiusculum, haud sine dolore, ad
 „ interiora usque cerebri fortius & subito
 „ intrudi, mox ponderosum quid a capite
 „ decidere, sequente vertigine, audituque
 „ plane abolito, quem ægre tandem resti-
 „ tuit . . . Medicus „ . Haud secius c.
 RAYGERI a) puella novennis ex accepta
 ab ludi magistro alapa, ut caput parieti
 allideretur, cophosin perfectam & immedica-
 bilem incurrit. Huc & LYSERI b) & HOECH-
 STEITERI c) casus sunt referendi. Denique
 HILDANI d) quadragenarius ex alto in pa-
 vimentum delapsus, commoto cerebro, apho-
 nus indigesta vomuit. Arte adhibita conva-
 luit, sed aure dextra surdus cum tinnitu ac sæ-
 pe vertigine Septennio post gravis dysenterix
 ope a vertigine ac tinnitu est liberatus, sur-
 ditate nulli remedio cedente. Perinde a lapsu &
 vir TULPII e), & BORRICHII f) matrona,
 obsurderunt. Quid quod & fœtum ita au-
 ditu privatum narret V. RIEDLINUS g)?
 Nempe in gravidæ ventrem impegit vir
 valide: doluit locus. In pueri partu editi
 capite livida macula conspecta, quæ impa-
 ctui

a) Schol. ad P. SPIWDLERI
 obs. 19.

b) Vide §. 34. n. 3.

c) Vide §. eund. n. 4.

d) l. c. Obs. 7.

e) Vide §. 73.

f) Ibidem.

g) Curat. med. n. 558.

Etui in matris ventrem tribuebatur, uti & auditus gravis, quo puer a nativitate laboravit.

§. 6. ,

II. NERVI *acustici*

A) *Absentia*, seu quod consumptus sit, seu primæ conformationis vitio. Illustre hanc in rem exemplum protulit ex VALSALVA MORGAGNIUS a): mater plures filios (hos omnes sanos) filiasque (quarum duæ vivæ), at surdas, eixa tertiam mortuam peperit, cujus cranium inspectum cerebri expers erat, & uterque meatus acusticus internus membrana firmissima penitus præclusus, ut si cerebrum etiam adfuisset, nervi acustici meatum dictum nullatenus potuissent subire. Unde Cl. Vir suspicatur, vivas quoque duas sorores acusticorum nervorum meatum dictum non subeuntium vitio surdas a nativitate fuisse. Mihi vero membrana illa nil aliud esse visa est, quam dura meninx, quæ, cum quos in meatum dictum comitaretur nervos acusticos, non haberet, ab uno foraminis acustici latere in aliud excurrit. Hucne etiam observatio I. FERNELII b) pertinet? „ Quidam senator (ait ille)

a) De sedib. & caus. morb. Epist. 40, n. 48.

b) Pathol. L. 1. C. 6.

„ ille) ex conjuge sana liberos omnes suscipit surdos atque mutos: cujus rei causa „ in primis cœca & obscura censetur „ . Poterant utique aliarum etiã partium vitia id ipsum producere.

B) *Degeneratio* in atrophiam vel occalescentiam. Atrophiam hic nervi jam F. SYLVIUS a) incusavit, quam deinde etiam reperit F. HOFFMANNUS b) in cane, qui altero oculo captus sonos perinde non rite percipiebat; cujus in cranio aperto nervi opticus acusticusque dextro in latere flavescerent atque extenuati sunt reperti. ARENDS c) quoque in furdo nervos acusticos arefactos fuisse refert.

C) *Compressio* paralyfin eidem inducens, quam causant, præter vasorum infarctum d),

I. *Tumores* encephali nervo insidentes. Ita vidit DRELINCURTIUS e) steatoma pugni magnitudine inter cerebrum ac cerebellum, ubi conarium alæ utriusque plexus choroidei subiternitur, a quo amaurosis primum, tum surditas, denique lethalis apoplexia est effecta.

Trnka Hist. Cophos. C

2.

a) Prax. Med. L. 2, C. 8. §. 8.

d) Vide §. 5.

b) Diff. de audit. diffic. §. 12.

e) ТН. ВОДЕТ. Sepul. anat.

Opp. Suppl. 2. P. 2. p. 324.

L. 1. S. 2. Obs. 53.

c) De Cephalalgia.

2. *Extravasata* cranii, vel nervum immediate vel eam cerebri partem, e qua filamenta nervi acustici oriuntur, prementia. Ita cum M. SACHETTUS teste M. A. SEVERINO a) diu valetudinarius inter cetera mala etiam amblyopiam ac surditatem cum tinnitu pateretur, a morte serum in cranio effusum, tum cuilibet nervo acustico polypus sanguineus, hirudinem minorem aut millepedam æquans, contiguus, cum eoque foramen acusticum subiens est repertus. Neque secius id genus extravasatis imputandam censet surditatem MORGAGNIUS b), quæ apoplexiam præcedere nonnunquam observatur, veluti ab eadem causa difficilem auditum caro lethali præeuntem vidit H. LAUBIUS c).

D) *Inopia spirituum*, quam causant v. g. *vacuationes* magnæ vel crebræ. Sic narrat B. SILVATICUS d) gravem auditum cum imbecillitate incessus ac difficultate coitus Lucensi cuidam juveni a crebra venere accidisse.

§. 7.

III. AURIS externa

A) *Auricula* absens vel naturæ errore, vel a vulnere. Dum nativum est hoc
vi-

a) De abscess. recond. nat. L. 4. C. 36. §. 2. p. m. 312. sqq.

b) l. c. Epist. 4. n. 1. 11.

c) Act. nat. cur. Vol. 3. Obs. 152.

d) l. c. Conf. 18.

viciū, plerumque simul porus acusticus est impervius, ut in exemplis postea a) videbimus; neque E. HAGENDORNII b) serva hujus loci est, quippe quæ lobulis tantum auricularum caruerit, illæso & poro & (ut videtur) auditu.

B) *Porus acusticus impervius*: quod causant

I. *Soliditas* nativa unius vel utriusque lateris. Apud A. E. BÜCHNERUM c) mentio fit puellæ recens natæ una aure destitutæ ita, ut locus ille, ubi auris esse debuisset, fuerit haud secus, ac reliqua capitis loca, tegumentis communibus instratus. Causa imaginationi matris tribuebatur, quæ utero gerens exterrita manu aurem contrectavit. Perinde F. LACHMUND d) infantis meminit, cujus cum læva auris recte se haberet, dextræ nil nisi lobulus aderat, foramen vero nullum. Post 6 hebdomadas infans ex epilepsia interiit. At R. LENTILIUS e) vidit puellam cum dextra aure imperforata, tribus in locis vestigia perforationis cicatricibus variolarum similia habente: auris autem sinistra supra auriculam ostendebat ca-

C 2

vi-

a) Vide B) n. 1.

b) *Histor. med. phys.* Cent. 1. hist. 66.

c) *Miscell. phys. med.* A. 17 27. *Maj. Cl.* 4. art. 7. n. 7. p.

d) *Misc. nat. cur. dec.* 1. ann. 6. obs. 172.

e) *Miscell. med. pr.* P. 1. p. 226

vitatem semen cannabis vix capientem, sed
 cujus profunditas vix unciam æquaret. Hæc
 quoque illius diei vespera convulsa periit.
 LYCOSTHENES *a)* pariter duorum infantum
 meminit, quorum unus oculis, auribus, na-
 ribusque destitutus in lucem editus; alter
 aurium, queis caruit, loco duo tantum ha-
 buit foramina, ita tamen clausa, nihil ut
 audiret: post 8 menses inter multos dolores
 obiit. Hanc surditatis causam cum alii Ve-
 teres *b)*, tum CILSUS *c)* quoque tetigit:
 „ solet (inquiens) evenire vel a prima
 „ natali die protinus vel postea facta exul-
 „ ceratione, deinde per cicatricem aure
 „ repleta, ut foramen in ea nullum sit,
 „ ideoque audiendi usu careat „. Interea
 tamen T. BARTHOLINUS *d)* „ octennem
 „ puerum novit, . . . cui sinistra auris ab
 „ ipsa nativitate clausa est, & carne obtu-
 „ rata sine ullo foramine pervio; non male
 „ tamen audit, sed doloribus capitis fre-
 „ quenter vexatur „. Perinde UYLHOORN *e)*
 in puero sine auribus & cum poro clauso na-
 to aliquem superfuisse auditum refert. Quod
 etsi in priore puero, cui altera auris bene
 conformata fuerit, nihil habeat admiratio-
 nis,

a) Chron. de prodig. & ostent.

b) P. ABOIN. L. 6. C. 23.

c) L. 7. C. 8.

d) L. c. Cent. 6. Hist. 36.

e) Ad HISTOR. Chirurg.

P. 733.

nis, in posteriore autem non faciles habet explicatus; nam quod per tubam acusticam vel ipsorum concussorum ossium tremores nervo acustico communicatos A. HALLE-
RUS a) explicare pertendit, nescio, cur aliis quoque, qui cum eodem vitii genere nascuntur, non aliquis super sit auditus, nisi quis pro arbitrio discrimen inter utrosque comminisci velit.

2. *Tumores glandulosi, fungosi, polyposi, &c.* qualium meminere I. B. MOEGLING b) HERDUINUS c), HILDANUS d), LAMZWEERDE e), MARCHETTUS f), RÜCKERUS g), VERNEY h), &c.

3. *Membrana præternaturalis pori cavum intersepiens, variæ crassitie, & ad variam pori altitudinem sita, de qua plura inferius i).* VERNEYUS k) in viri diu aure dextra surdi eadem hac aure invenit pelliculam mollem, valde laxam, sed admodum spissam, circ. 2 lineas a myringe distitam, ante quam insignis materiæ calcem concretam referentis copia collecta erat.

C 3

My-

a) Elem. physiol. T. 5. L. 15.
S. 3. §. 2. p. 281.

b) Misc. nat. cur. Cent. 6.
Obs. 21. p. 221. 226.

c) Vide §. 61.

d) Ibidem.

e) Ibidem.

f) Ibidem.

g) Commerce. Nor. T. 7.
A. 1737. Hebd. 22. n.
1. p. 170.

h) Vide §. 34. n. 3. b).

i) Vide §. 59.

k) l. c. P. 2. §. 5. P. 3.
§. 38.

Myrinx vero, ceteræque auris partes, in situ suo naturali fuere.

4. *Ulcera*, quæ non solum aut labiis suis elevatis aut carne fungosa cavum pori arctant, sed puris etiam collectione illud aeri impervium efficiunt, velut PLATERI a), LENTILII b), POTERII c), HOFFMANNIQUE d) in ægris accidit.

5. *Squammeæ* cuticulæ, quas in lue venerea diuturna affectis F. HOFFMANNUS e) observari ait. I. H. SCHULZE f) virum novit „ qui a 5^{to} ætatis anno ad „ 20^{to} aures tota fere hyeme manantes „ habuit, cui pridem ab illa emanatione liberato quotannis fere accidit magnus & „ molestus auris utriusque pruritus, sub quo „ ferventes pustulæ exiguæ aquosæ se se „ exferunt, quæ post aliquod tempus a reliqua auriculæ tam interna quam externa „ parte squammarum instar copiose deluunt, „ subsistente interea gravitate auditus, donec „ nec singularem tamquam bullarum prorumpentium sensum interius percipit. Quo „ tempore si auriscalpium modeste adhibet, „ ex imo auditorii meatus protrahit aliquid

„ ex

a) Obs. L. 2. p. m. 170. sq.

b) Eteodr. med. pr. A. 1709.

Jul. 16. p. 651.

e) Cur. & obs. Cent. 2. cap.

27. Cent. 3. cap. 12.

d) Ibid. ad Cent. 2. cap.

27. nota 2). Vide §. 9

n. 5.

e) Diss. cit. §. 7.

f) Diss. cit. §. 6.

„ ex multis pelliculis sibi invicem insiden-
 „ tibus compositum, membranofum, album
 „ fati'que tenax concretum: atque hoc re-
 „ moto longe se acutius audire cum gaudio
 „ intelligit „ .

6. *Cerumen* copiosum collectum surdi-
 tatem inducere cum ratio docet, tum obser-
 vata confirmant; siquidem solo cerumine
 surdastris nonnullis educto auditus rediit,
 id quod I. WALAEUS a), M. B. VALEN-
 TINUS b), aliique postea dicendi testatum
 fecere. Imo VERNEYO c) „ causa maxime
 „ ordinaria obstructionis est cerumen re-
 „ tentum & inspissatum. . . Consului (ait
 „ ille) de hac re complures Chirurgos
 „ peritos, & asseverare possum, plus quam
 „ 30 observationes ab illis mihi communi-
 „ catas fuisse, quæ clare ostendunt, hanc
 „ surditatis speciem & communissimam &
 „ facillime curabilem esse. Famosissimus
 „ quoque ille Chirurgus Montibus Han-
 „ noniæ, de quo tantum narravit fama,
 „ quod surdos curaverit, non alias, quam
 „ hujus speciei surditates aggrediebatur „ .
 Quod idem de alio empyrico narrat DE-
 THARDING d). Perinde I. N. PECHLI-

C 4

NUS

a) Meth. med. p. m. 18.

b) Misc. nat. cur. dec. 2. ann.

a. obs. 164.

c) De organ. audit. P. 3.

p. m. 37. sq.

d) Vide §. 49. n. 4.

NUS a) „ vidit in Hollandia hominem pa-
 „ ganum, qui . . . plurimas & conclamatas
 „ furditates a ceruminum inexpugnabili du-
 „ ritie natas clystere auriculario ex herbis
 „ balsamicis emollientibusque conflato felici
 „ & insolito exemplo curabat „ . Peccare
 autem hic cerumen vel copia potest vel in-
 dole vel utroque: indole, dum tenuius,
 quam par est, evadit, coloremque, & sub-
 inde odorem etiam, alienum præ se fert;
 vel dum spissius solito fit, & nonnunquam
 in calculi duritiem cogitur. Copia porro,
 dum vel abundat, vel deficit. „ . Scio, in-
 „ quit I. N. PECHLINUS b), cui una sæpe
 „ nocte copiosissime in aurem colligitur
 „ hoc cerumen, liquidius jam & faniei affi-
 „ ne, atque hinc natam *Βαρυκοίαν* non an-
 „ te cessare, quam purgata a cerumine au-
 „ re „ . Mirabile autem est, quod de fur-
 dastri cerumine castoreum prorsus æmulante
 narrat „ nimirum TITIUS jam inde a prima
 „ adolescentia cum gravi auditu conflictatus
 „ miram ceruminum varietatem experieba-
 „ tur, & auribus sive noctu, sive diu vel
 „ leviter nudatis statim ex auditu, jam et-
 „ iam ceruminum vicio, laborabat; nunc
 „ enim crassa nimis erant & pauca, nunc
 flui-

a) Obs. phys. med. L. 2. Obs.

b) Ibidem.

„ fluida ac copioſa, nunc candida, nunc
 „ flava, nunc obſcuro nigra, nunc alia
 „ atque alia. Nuper autem accidit, ut
 „ poſt auditus quædam incommoda ſordes
 „ illas exploraret, & una quidem aure,
 „ quæ eximeret cerumina, ſingulari plane
 „ & ipſius caſtorii æmulo odore prædita no-
 „ taret; alterius vero auris purgamentum li-
 „ quidum erat, tenue, & candidi coloris.
 „ Monſtrata mihi cerumina odore illo, non
 „ tantum propius admota, ſed & e longin-
 „ quo, caſtorium redoluere, imo & capitis
 „ vicinia ad certum intervallum hoc odore
 „ inquinata teneras nares repellere videba-
 „ tur, & jam ipſi illi TITIO poſt ſeptima-
 „ nas aliquot odor hic moleſtuſ eſſe cœpit,
 „ propediem tamen mutata ſcena proſligan-
 „ dus „. Frequentius tamen ceruminis vi-
 „ tium eſt ſpiſſitudo, ob quam interdum cal-
 „ culi duritiem induit. T. BARTHOLINUS a)
 „ narrat uxorem ſuam a cephalalgia lateris
 „ dextri circa os petroſum ſæviente poſt are-
 „ nulas cum cerumine ex aure dextra exem-
 „ ptas fuiſſe liberatam. C. I. MÜLLERUS b)
 „ novit monachum diu nephriticum, qui præ-
 „ ter calculos variæ formæ cum lotio excretos
 „ etiam ex aure læva poſt vehementiſſimam
 „ C 5 ejuſ-

a) Act. med. Hafn. Vol. 1. Obs. 45.

b) Miſc. nat. cur. dec. 2. ann. 6, obſ. 162.

ejusdem lateris hemicraniam undecim lapillos acutos cum pure & sanguine prodeuntes exemit. Licet autem nenter horum Auctorum, cujus naturæ calculi illi arenulæque fuerint, adnotarit, probabile tamen est, gypseæ fuisse indolis, si aliorum hac de re observata consulas. ROBERDEAU *a*) cuidam in utramque aurem surdo ubi oleum lini & decoctum emolliens alternis vicibus infudisset, die 5^a ex aure læva eduxit corpus gypseum flavescens dimidii phaseoli magnitudine, quod sub vesperam ejusdem diei alterum ejusdem indolis, at media prope parte majus priore illo, est consecutum non sine intenso dolore, & cum 4 vel 5 guttis sanguinis; quo facto auri huic pristinus rediit auditus, alteri vero non perinde, quod multo minor materiæ dictæ portio inde exierit. Apud F. HOFFMANNUM *b*) ac SAUVAGESIUM *c*) cerumen perinde gypsum æmulabatur, & VERNEY *d*) „ sæpissime „ (ait) invenitur cerumen in gypsi formam „ coagulatum, quod meatum osseum & cartilagineum perfecte implet, quod ego „ ipse in 10 vel 12 subjectis observavi eo „ tempore, quo in scrutanda auris structura

„ OC-

a) Apud N. BLEGNY *Zod. med. Gall. Ann. 3. Aug. Obs. 4. p. 101.*

b) Vide *Histor. 1.*

c) Vide *§. 49. n. 1.*

d) *l. c.*

„ occupatus fui „ . Cujus quoque rei exemplum alias *a)* protulit. In nonnullis tanta sæpe spissati ceruminis vis colligitur, ut pene universum pori acustici cavum expleat. MORGAGNIUS *b)* in surdastris cujuspiam aure præter innumeras membranulas quoque versum ductas & se mutuo interfecantes, non omnes modo cellulas malleoideas sed & totam cavam tympani occupantes, etiam cerumen tanta copia reperit, ut maximam pori acustici partem oppleverit, tamque spissum & concretum, ut gladii evaginati instar totum uno tractu inde eductum sit, imaginemque cavi hujus retulerit. L. HEISTERI *c)* vidua ad 50 annos nata utraque aure pedetentim ex toto fere obsurdit: inspectis auribus repertum cerumen totum porum utrinque explens, & adeo durum, ut stilo concussum resonuerit; quod cum se eximi non sineret, instillato lacte tepido emollitum, ope cochlearis auricularis postea obturaculi instar est eductum: quo facto auditus acutum rediit. Non est prætereundum, surditatem ab isthac causa plerumque pedetentim obrepere, diuturnamque fieri; at tamen multis post annis etiam admittere medelam. VAL-

SAL-

a) Vide § 7. B. n. 3.

b) Epist. anat. §. n. 26.

c) Med. chir. und anat.

Wandmann. 1 Band.

n. 623.

SALVA *a)* surditatem 12 annorum educto cerumine sustulit, & apud V. RIEDLINUM *b)* femina per plures annos ita graviter audiens, ut nonnisi sat acute clamantes intelligeret, cum semper augetetur malum, tandem opera chirurgi cerumine exempto prorsus convaluit.

7. *Peregrina* in aurem illapsa haud fecus, ac cerumen accumulatum, auditum immi- nuunt. Surditatem a pisco auri pueri illapso natam, quæ illo exempto desit, nar- rat M. B. VALENTINUS *c)*, idem cum eodem eventu in puero septenni I. D. DOR- STENIUS *d)*, nec non binis in puellis HILDANUS *e)* vidit, qui a grillo quoque cophosim in rustico observavit, exemptoque illo auditum eidem restituit *f)*. R. LEN- TILIUS *g)* meminit surdatræ a cerasi nu- cleo 58 annis in poro acustico dextro hæ- rente, quo inde eliso auditus rediit. Perin- de I. P. ALBRECHTUS *h)* vidit puellam a filis in poro acustico hærentibus graviter au- dientem.

§. 8.

a) De aure hum. Cap. 1. §. 12. p. 10.

b) Lin. med. ann. 2. Maji 31. p. 255.

c) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 2. obs. 164.

d) Ibid. ann. 3. obs. 62.

e) Obs. & cur. med. clur. Cent. 1. obs. 5.

f) Ibid. Cent. 6. obs. 10.

g) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 9. obs. 184.

h) Ibid. dec. 3. ann. 2. obs. 204.

§. 8.

IV. TUBÆ *acusticæ* seu FUSTACHIA-
NÆ *obturatio* perinde non infrequens est
surditatis causa. Obturant autem eandem

1. *Mucus* concretus ejus in cavo I.
WATHEN a) refert historiam viri 35 annor.
utraque aure surdi, cui rei occasionem re-
frigeratio corporis dedit, nec varia per plu-
res annos adhibita remedia malum tollere
quiverunt, donec tandem homo ex variolis
decessit. A morte nihil usquam in organis
acusticis vitii est repertum, præterquam in
solis tubis, quas mucus duratus ex toto
opplebat.

2. *Catarrhus*. Etenim membrana pi-
tuitaria SCHNEIDERI cavum oris nariumque
investiens tubam quoque subit: quo fit, ut
catarrhus hanc membranam afficiens facile
etiam ob ejusdem continuitatem in tubam
ipsam propagari queat, cujus angustias pro-
inde vasa membranæ dictæ materia catarrhali
infarctâ haud difficulter occludent adeo, ut
aeri ingressuro prorsus reddantur imperviæ,
sicque surditas necessario consequatur. Illu-
stre hanc in rem exemplum F. PLATE-
RUS b) habet.

3.

a) In LESKE Abhandl. aus den
Phil. Transact. 4. Th. n.
54. p. 261.

b) Obs. L. 1. p. m. 118.

3. *Aphtæ* quoque si eam membranæ pituitariæ partem, quæ tubam ingreditur, infideant, idem, quod catarrhus, efficient.

4. *Tumores* vicini orificium tubæ comprimentes, ut

a) *Pblegmone* vel *abscessus*. „ Ubi inquit SWIETENIUS a), membrana interna harum tubarum inflammata sic tumet, ut cavitas obturetur, vel vicinus tubarum orificiis tumor illa sic compresserit, ut liber aeri transitus denegetur, surditas sæpe perfecta oritur. . . Verum nata in angina inflammatoria surditas ab hac causa tollitur sedata inflammatione, saltem ut plurimum; per plures enim dies, dum superabatur talis angina, surditatem pertulisse novi, rupto abscessu tamen restitutus iterum auditus „ .

b) *Glandulæ* vicinæ tumidæ, a quibus TULPIUS b) vidit in virgine quadam præter surditatem molestissimam etiam tinnitum.

c) *Polypus narium*, velut VALSALVÆ c) in Parricio Cæsenate observare obtigit „ polypo narium laborante, qui usque ad uvulam se se extendebat. Quo enim „ hic

a) Comment. ad BOERH. §. 805.

c) l. c. Cap. 5. §. 10. p. 90.

b) Obs. med. L. 1. C. 11. S. 4.

„ hic polypus magis in dies crescebat, &
 „ consequenter quo magis ad orificia tuba-
 „ rum penitus claudenda accedebat, eo ma-
 „ gis in dies auditus ægro minuebatur sic,
 „ ut tandem omnino surdus evaserit „ .

5. *Applicata* externa idem, quod
 vel tumores vicini vel alia hæctenus dicta,
 efficiunt, dum vel solum orificium tubæ at-
 tingendo claudunt, vel tubæ indita ejusdem
 cavum abolent. Sic CHESELDEN a) testa-
 tur auditum aliquo tempore intercipi, dum
 per tubam acusticam aqua siphonis ope in
 caveam tympani compellitur. Porro apud
 VALSALVAM b) „ quidam plebejus ulcus
 „ gerebat supra uvulam in sinistra parte,
 „ quod quidem eam, quam invaserat, par-
 „ tem exederat, atque abstulerat sic, ut
 „ ulceris cavitas cum extremo sinistrae tubæ
 „ orificio communicaret. Igitur quoties
 „ homo mollem turundam remediis imbu-
 „ tam in ulceris cavitatem intrudebat, to-
 „ ties illico sinistra aure evadebat surdus,
 „ talisque permanebat toto eo tempore,
 „ quo turunda in ulcere relinquebatur; sta-
 „ tum vero, ac amovebat, primum auditum
 „ recuperabat: perspicuo argumento, quod
 „ refe-

a) The anat. of the hum. bo- dy. Book 4. Ch. 5. b) l. c.

„ referata tuba illico interceptus obtinetur
 „ auditus, occlusa vero statim intercipitur
 „ sive tollitur „ .

6. *Ulceræ vicinarum tubæ partium.*
 „ Coram, inquit A. HALLERUS a), ha-
 „ beo nobilem puellam, cujus altera auris
 „ a maligno faucium illo morbo obsurduit,
 „ qui sub A. 1762 initia Bernæ gravis &
 „ funestus incubuit. Ulcus una adest „ .
 Præsertim vero ulcera venerea hoc mali ge-
 nus, teste BOERHAAVIO b) ac SWIETE-
 NIO c), inducere consueverunt, namque,
 ut posterior ait, „ ubi a lue Gallica nata
 „ ulcera partes has (tubæ vicinas) depa-
 „ scuntur, quandoque contingit erodi tu-
 „ barum orificia, & concrefcere postea:
 „ unde incurabilis surditas producitur „ .
 Alioquin autem solum horum ulcerum pus
 tubæ orificium obturans cophosim inducit,
 velut in paulo ante dicta puella HALLE-
 KI, nec non STORCHII d) juvene acci-
 disse veri est simile. Num autem etiam ul-
 cera musculos salpingostaphylinos exedentia
 obauditionem creare queant, res est admo-
 dum ambigua. VALSALVA e) quidem „ gra-
 „ vitatem auditus in utraque aure deprehen-
 „ dit

a) Elem. Physiol. l. c. §. 5. p.

286.

b) Instit. med. §. 852.

c) l. c.

d) Vide §. 29. d).

e) l. c. C. 5. §. 12. p.

94. sq.

„ dit , si uterque hic musculus esset læsus ;
 „ aut in alterutra tantum , si alteruter „ .
 Idque ex eo , quod crediderit functionem
 dictorum musculorum esse , ut uvulæ basim
 versus medium orificii pharyngis , quod ad
 nares patet , adducant , sicque magnam aeris ,
 cum inspirati tum expirati vim ab orificiis
 tubarum avertant , qui secus aeris in tubas &
 ingressum & exitum turbaret , sicque ipsarum
 tubarum officia interturbaret . Interea tamen
 MORGAGNIUS a) „ ne gravitatem hanc
 „ quidem (auditus) in eo fuisse deprehen-
 „ dit b) , cui non ii tantum læsi erant
 „ (ab ulcere faucium) musculi , sed molle
 „ palatum absumptum „ .

§. 9.

V. MYRINGIS vitia varia , nimirum

I. *Crassities* justo major , quam cau-
 sant

a) *Vasa infarctæ* a causis alibi c)
 recensitis.

b) *Tumores* in ea enati . I. H. SCHUL-
 ZE d) in ovis surdæ myringe utramque su-
 perficiem vidit obsitam quasi verrucis capita
 acicularum minimarum æquantibus , quæ ma-

Truka Hist. Cophos.

D

ni-

a) De sed. & caus. morb.

Epist. 14. n. 10.

b) Epist. anat. 9. n. 9. 10.

c) Vide §. 1.

d) Aët. nat. cur. Vol. 10.

Obs. 223.

nifeste vasorum quorundam implicationem & conglomerationem præ se ferebant. Similes verrucæ omnem membranam cavum tympani investientem, integramque tubam acusticam usque ad ejus orificium infederunt. Porus acusticus cavumque tympani continebat plurimum materiæ ceruminosæ valde diluæ & fœtenti, qualis in manantibus hominum auribus observatur. Membrana tympani tametsi nusquam fuerit pervia, quadruplo tamen crassior, quam esse soleat, reperta est.

c) *Hydrops* aut *obesitas* ejusdem. Ab obesitate difficultatem auditus vidit curavitque F. HOFFMANNUS a).

d) *Pseudomembrana* decidua myringis in neonatis, quam sebacea materia, universam neonatorum cutem obliniens, MORGAGNIO b) teste, constituit, ac postea siccata & in squammulas fatiscens cum cerumine evacuari solet, si non secedat, sed crassior potius facta myringi arctius cohæreat, connatam surditatem causare solet, notante VALSALVA c). „ Membranam in „ alto obstruentem bis ego, inquit H. FABRICIUS ab AQUAP. d), in toto meæ vitæ „ curriculo ex anatome observavi in puerulis, „ qui

a) Vide §. 30.

b) Epist. anat. 3. n. 5.

c) Vide §. 39.

d) De chirurg. operat. fol. 19.

„ qui membranam supra tympanum habe-
 „ bant crassissimam, & robustissimam &
 „ quodammodo cutaceam, quos ob id ex-
 „ istimavi surdos & mutos: imo surdos &
 „ mutos a natiuitate non puto aliunde pro-
 „ venire, quam a proposita membrana „ .
 Cujusmodi fuisse credibile est, quam „ in
 „ surdo a natiuitate, forti apoplexia occiso,
 „ tympani membranam crassiore ac den-
 „ siorem notavit „ I. LANZONUS a). Talis certe erat in DRAKII b) puella ad 8
 annos jam surda, quæ illa demum excidente
 auditum est adepta.

e) *Offificatio*, cujus rei exemplum I.

I. L. LOESEKE c) tum ab se in viro 30
 annor. tum ab SCHAARSCHMIDTIO in se-
 ptenni infante, visum protulit, tametsi ni-
 hil de surditate inde oriunda, adfueritne,
 connotarit.

2. *Duplicatura myringis*, quam LOE-
 SEKE d) in aure adulti reperit ita, ut una
 myrinx ab altera aliquatenus distaret, utrum
 in illo homine auditum auxerit, quærit ipse,
 ego vero num non imminuerit?

3. *Flacciditas*, quam inducit

D 2

a) *Ten-*

a) Misc. nat. cur. Cent. 3.
 Obs. 62.

c) Obs. anat. chir. med.
 2. p. 25. nota i).

b) Antitopol. Book 4. Ch.

d) Ibid. p. 24. sq.

a) *Tensio* vehemens prægressa ab aere violente in eam seu per porum acusticum seu per tubam impacto tempore fragoris, colaphi, expirationis ore naribusque clausis, emunctionis validæ narium, sternutationis, &c.

b) *Maceratio*, præsertim per applicata externa laxantia, ut sunt vapores aquosi tepidi, infusa auri oleosa, aquosa, &c. Apud T. BARTHOLINUM a) „ pastor. . . „ in aurium defluxionibus. . . panem calidum auri dolenti apponens auditu privatur „. Tabernarius vero TIMAEI b) auris lævæ sonitu laborans, post copiosum oleum commune eidem a barbitonfore iterato infusum, fluctuationem primum persequitur, ac paulo post obsurdit.

4. *Rigiditas*, quam causant: siccitas, ossificatio, tensio nimia ac perstans, &c.

5. *Continuitas soluta*, per vulnus, erosionem, aeris exspirati, præsertim clausis naribus & ore, violentum in myringem impulsum, quod VERNEY c) in quodam sibi noto accidisse refert, &c. Permultum quidem disceptatum fuit, necessarione destructionem myringis surditas consequatur? & utramque in partem observata suppetunt; quæ proinde
prius

a) Hist. anat. rar. Cent. 6.
hist. 77.

b) Respons. 46.

c) l. c. P. 3. p. m. 42.

prius dicenda. W. CHESELDEN *a)* vtrum vidit, qui quantum fumi ex una fistula tabacco instructa in os prolicuit, tantundem per aures emittebat, optimo tamen auditu gavifus. Perinde F. W. STOCKHAUSEN *b)* testatur, se „ vidisse suis ipsis oculis fumum „ ex auribus helluonis, nullo auditus vitio „ laborantis, prodeuntem „ . Fumum autem; nisi ubi myrinx est morbose pervia, per aures reddi haud posse & MORGAGNIUS *c)* & HALLERUS *d)* & clari quique hodie anatomici sibi persuasum habuere. C. PEZOLDI *e)* „ vetula hydropica 74 annor. „ . . a multis annis, quoties a pastu eru- „ ctatio consequebatur, toties ex aure sini- „ stra sibilus quidam & strepitus flatu ma- „ num feriens prodibat „ . Nulla autem auditus difficultas a Cl. Viro memoratur, quam, si adfuisset, notare non erat utique neglecturus. Sed ut nonnullis eo contententibus demus, hasce observationes ad RIVINI foramen, quod ne MORGAGNIUS *f)* quidem ex toto inficiari est ausus, referri posse, certe supersunt luculentiores etiam casus, in quibus myrinx destructa auditum vix ac ne vix quidem labefactavit. Matro-

D 3 na,

a) l. c.

b) Diff. de nervis n. 27.

c) Epist. anat. s. n. 13. sqq.

d) l. c. S. 1. §. 13. p. 204. sq.

e) Obs. med. chir. select.

21.

f) l. c. n. 10.

na, inquit HILDANUS a) „ vigesimum quinquē
 „ tum annum ætatis prætergressa . . . a ju-
 „ ventute in hoc usque tempus purulentas
 „ aures habuit: exstillat quotidie materia,
 „ aliquando cocta & digesta, nonnunquam
 „ quoque subtilis & tenuis, & tunc dolores
 „ adsunt, aliquando & fœtor percipitur.
 „ Cælo existente frigido & humido de do-
 „ lore brachiorum conqueritur. . . Invisi il-
 „ lam aliquoties, aures quin etiam diligen-
 „ ter inspexi, & ut plurimum ductus audi-
 „ torios materia purulenta repletos reperi.
 „ Ante menses duos cum aures abstergerem,
 „ frustum cartilaginis semiputridæ ex ipso
 „ ductu auditorio extraxi. Id autem ob-
 „ servatione dignum in hoc affectu occurrit,
 „ nimirum aerem clausis naribus & ore tam
 „ violenter ex auribus efflare & exspirare,
 „ ut impositis pennis aut festucis illas ex-
 „ pellat, & bullas in ipso pure excitet,
 „ cujus rei ego aliquoties periculum feci:
 „ interim tamen, quod admiratione dignum, au-
 „ ditum non multum depravatum esse, &
 „ exiguam molestiam sibi adferre malum
 „ hoc ipsa ægra mihi retulit „ . Postea b)
 meminit viri ad 30 annos nati, ex otalgia
 catarrhali sinistræ auris abscessum in poro
 acustico passi, post quem natura magis,
 quam

a) l. c. Cent. 3, Obs. 2.

b) Ibid. Obs. 3.

quam arte, sanatum „ ab eo tempore quo
 „ ticscunque os & nares claudit, ac buccas
 „ inflat, spiritumque vi expellere tentat,
 „ flatus tam impetuose per aurem illam si-
 „ nistram exspirat, ut sibilus fatis clarus ab
 „ ipsis quoque adstantibus facile percipiatur,
 „ & candela, si auri admoveas, extingua-
 „ tur. Dolorem tamen nunc nullum adesse,
 „ auditumque (quod tamen mirum) vix de-
 „ pravatum esse refert „. Siquis vero etiam
 in his casibus, læsane myrinx fuerit, dubi-
 tare volet, non dubitabit profecto, læsam
 fuisse in ægris, quos MARTIN curandos
 habuit. Horum primus a) juvenis erat
 12 annor. qui post somnum humi captum
 aure læva adeo dolere cœpit, ut brevi fe-
 bris ardens cum vigiliis accederet. Væ Sc̃
 jam in pede jam brachio factæ frustra erant,
 donec pus cruentum e faucibus exscrearetur,
 numerosique ex aure vermes prodirent, quo-
 rum causâ dum essent. terebinthinæ injicere-
 tur, ea ad primum emboli in syringam im-
 pulsum in fauces trajecit. Idcirco ne in-
 flammatio ibidem nasceretur, alia injectio e
 rad. filicis maris ac foliis scordii substituta,
 quæ perinde in pharyngem, sed minori
 eum dolore, pervenit, ac per 15 dies itera-
 ta ægrum pristinæ reddidit valetudini. Al-

D 4

teri

a) Noux Journ. de medicine. &c. T. 81. p. 179. sq.

teri a) seni ad 60 annos nato post lapsum in dorsum & occiput sanguis naribus auribusque erupit, cum delirio brevi post consecuto: a quibus malis ubi opera chyrurgi liberatus est, bimestri post otalgia aurem dextram corripuit, brevi in largam suppurationem desinens, cujus causa injectiones vulnerariæ adhibitæ perinde promptissime ad fauces penetrarunt, levemque ophthalmiam iteratæ induxerunt. Tertia b) serva erat, cui e prodigiosa auris suppuratione depositio in apophysin mastoideam facta est. Liquor seu in porum acusticum seu in abscessum apertum injectus aut stomachum subibat, aut per nares retruebat, parte ejus per fistulam mastoideam redeunte. Horum autem ægrorum primis duobus auditus perinde ac ante morbum distinctus erat; puella vero eundem principio morbi amissum postea recuperare cœpit, forte quod morbi tempore copiosum pus cavam tympani omnesque mastoideas cellulas opplens aerem ex his locis excluserit. Porro consuluit HORSTIUM c) venator, questus de prægressa immani cephalalgia & auris dextræ otalgia, quæ postea effluxu copiosi puris ac saniei cum plurimis nigris animalculis desuit; ægre ferebat modo, se au-

rium

a) Ibid. p. 110. sq.

b) Ibid. p. 111. sq.

c) Obs. med. P. 2. L. 4.

Obs. 7. p. m. 345.

rium fordes profundius extrahere debere, ostendens auriscalpium ad digiti longitudinem se in aurem immissum ibidem hinc inde absque ulla molestia circumferre posse: auditum tamen ne imminutum quidem esse testabatur. Denique in experimentis VALSALVÆ observavit MORGAGNIUS a) tres canes, quibus utraque myrinx ab illo perrupta est, auditum nec mox post læsionem nec postea unquam amisisse, nisi quod tertia ob doloris magnitudinem prima die tota nihil audire visa est, secunda vero, de qua alibi b) sermo redibit, sonum, unde adveniat, aliquo tempore non dignoverit: in omnium autem earum cadaveribus myringes ita rursus integræ sunt repertæ, ut ne cicatricis quidem ullum superesset vestigium. Quid quod RIOLANUS c) quæsierit, an non in surditate connata, quam duplicatura vel crassities nimia myringis causat, foret „tentandum istud experimentum, quod „inopinato & feliciter successit cuidam, „qui intruso auriscalpio in aurem profundissime, dirupit tympanum, fregitque „ossicula, & postea audivit „? Hæc itaque sunt, quæ ii adferunt, qui myringem nullatenus ad auditum necessariam esse contendunt,

D 5

a) Epist. anat. 13. n. 12.

b) Vide §. 67.

c) Encheirid. anat. L. 4.

C. 4.

dunt, non aliud ei tribuentes officium, quam ut intimiora organi ab injuriis externis protegat. Verum enim vero nec parti adversæ suæ defunt observationes, quæ myringis necessitatem ad audiendum probare queant, quarum non pauca prioribus illis e diametro opponuntur. Sic CHESELDENIO & STOCKHAUSENIO opponunt HEISTERUM *a)*, qui „vidit quidem . . . hominem, qui fumum tabaci ex ore per aures transmittere potuit; verum hic ex verbis vehementibus, quæ puer acceperat, surdus factus erat. . . Nullum vero adhuc auditu valentem, qui hoc præstare posset, invenire potuit „. F. HOFFMANNUS *b)* „novit juvenem 20 annor. qui ex variolarum morbo ante quinquennium ulcus contraxit in auribus: tempestate aurina sanies foetida, etiam adstantibus molesta, exstillat, si siccus aer est, crux ita saltem in auditus camera nascitur. Et notabile est, quod clausis naribus ac ore, buccis inflatis ex aure aeris sibilum excurrentem percipiat. . . Præterea capitis gravativum experitur dolorem, ad somnolentiam continuo dispositus est. Multa adhibita consilia . . . frustra. Post potum „Coffee

a) Compend. anat. nota 60. p. m. 296.

b) Ad POTERII Obs. & annor. Cent. 2. Cap. 27. nota 2).

„ Coffee & essentiam succini ambratam vo-
 „ lacilem & fumum tabaci optime se habet,
 „ nec tantus, quando his utitur, est sibilus
 „ auris, tanta auditus difficultas & capitis
 „ gravitas „. HILDANI vero in casibus
 inquirunt auditum fuisse evidenter aliquatenus
 imminutum; quod quidem in A. CNOEFFE-
 LII *a*) aulico observatum est, cui post in-
 signem cephalalgiam pus largum statis tem-
 poribus fluebat, & clauso ore naribusque ex-
 spiranti aer sinistra ex aure tanto cum im-
 petu erumpebat, ut candelam etiam exstin-
 guere posset. Vir autem hic parum audit, je-
 junus tamen & compressa aure altera sonum
 ac vocis figurationem percipiebat. Et quid
 causæ erat, quod puella apud MARTIN
 (nam de duorum virorum auditu Observator
 non usque adeo, ut par erat, omnia adno-
 taverat) tempore suppurationis surda, ubi
 curata fuit, auditum recuperarit, nisi quod
 myrinx eidem recrevisse censenda est? Ita
 KALTSCHMIEDIUS *b*) quoque surditatis
 meminit a myringe gladio vulnerata, quæ
 vulnere sanato sensim deliit. Myringem
 vero non solum vulneratam facile citoque
 coire experimenta VALSALVÆ tribus in
 canibus capta ostendunt, sed ulcere quoque

to-

a) Misc. nat. cur. dcc. 8. ann.*b*) De Oralgia p. 15.

6. obs. 85.

eotam consumptam subinde renasci ejusdem
 Cl. Viri observatio sequens a) docet: „ in
 „ auribus cujusdam mulieris (inquit ille),
 „ quæ ab ulcere tympani, hujusque ossicu-
 „ lorum carie, jam pridem in auditus gra-
 „ vitatem inciderat, proximam hujus affe-
 „ ctionis causam nuperrime inquirens, alte-
 „ ram quidem aurem, qua mulierem sur-
 „ dam fuisse necesse est, absque tympani
 „ membrana ossiculisque omnibus, si stape-
 „ dis basim excipias, inveni, & totum in-
 „ super tympani ab informibus fibrosis vel-
 „ uti excrefcentiis occupatum vidi; sed
 „ in oppositæ auris tympano corrosam qui-
 „ dem maxima ex parte tympani membra-
 „ nam comperi, ita ut malleus nec non
 „ incus omnino intacta indaganti statim oc-
 „ currerent, statimque cognoscere liceret,
 „ processum longiorem ejusdem incudis, scil.
 „ per quem cum stapedis capitulo solet ar-
 „ ticulari, omnino abrasum fuisse sic, ut
 „ nulla amplius inter hæc duo ossa inter-
 „ cederet articulatio. At corrosam membra-
 „ næ partem natura quodammodo restitue-
 „ rat; nam nova quasi membrana tympani
 „ ab illæsa membranæ parte oblique per
 „ tympani cavitatem producebatur ea ratio-
 „ ne,

a) Tr. de aure hum. Cap. 5. §. 1. p. 79.

„ ne, ut malleum incidemque excluderet,
 „ stapedem vero obtegeret, cujus capitulum
 „ ipsi annectebatur „ . Quod porro ad
 HORSTII venatorem attinet, potuit iste
 adeo exquisito auris lævæ pollere auditu,
 ut vitium alterius auris non observaret,
 id quod in RIEDLINI *a)* quoque merca-
 tore obtinuit: certe T. KERCKRINGII *b)*
 vir ex otalgia in suppurationem desinente,
 effuso ex aure crassiusculo pure, discolori,
 graveolente, tum infectis quibusdam exclu-
 sis, obsurdit. Casus hic certe HORSTIA-
 NO per omnia similis est, solo eventu con-
 trario. VALSALVÆ porro experimentis in
 canibus captis experimentum WILLISII *c)*
 ex adverso statui potest: „ quippe experi-
 „ mento olim in cane factò constabat, quod
 „ perforato utriusque auris tympano auditio
 „ adhuc ad tempus perstaret; quæ tamen
 „ post 3 circ. menses penitus cessabat „ .
 Perinde mulier T. BARTHOLINI *d)* auri-
 scalpio sordes aurium purgans per accurren-
 tis ancillæ imprudentiam perculsa stilo al-
 tius compulso myringem rupit, insequente
 postea baryecoa. Quod autem e RIOLANO
 allatum est, non tanti pendunt myringis
 patroni; etenim pertusa illa auditum ali-
 quem,

a) Vide §. 2. n. 1.

b) Spicil. anat. Obs. 19.

c) De anim. brutor. Cap.

14. §. 19. p. m. 98.

d) l. 6. Cent. 4. Hist. 29.

quem, qui prius erat nullus, obtineri posse non abnuunt, sed nullatenus cum eo, quem myrinx sana præstitisset, comparandum. Horum itaque ad partes accedens A. HALLERUS a) credit nec inutilem esse myringem, nec, quod proximum fuerit inutilitati, unice tympanum claudere, ne aliquid subeat; quandoquidem 1^o fabricæ myringis artificium præ aliis membranis præcellit, 2^o præsentia eius in plurimis brutis auditu pollentibus reperitur, 3^o ossiculorum, quæ proprii musculi movent, cum eadem nexus non frustraneus est, &c. Unde si ea læsa auditus interdum superfuit, ille vel tubæ acusticæ vel consanatæ brevi myringi tribuendus est. Interea ad universa hæc myringis adversariis, quæ respondeant, varia suppetunt. Namque primum allata læsi auditus ex HEISTERO, HOFFMANNO, CNOEFFELIO, KERCKRINGIO, BARTHOLINOQUE exempla ejusmodi sunt, e quibus haud liquido exculpsæris, solane myrinx an aliæ quoque partes acusticæ fuerint viciatæ? In muliere VALSALVÆ res est indubia, cui etsi recrevit myrinx, cum tamen ossiculorum nexus non idem ac antehac fuerit, difficulter aure illa audit. WILLISII porro experimentum quanti sit,

VAL-

a) l. c. T. 5. L. 15. S. 3. §. 2. p. 281.

VALSALVA jam admonuit *a*); quippe cuius sit, ignoratur; idcirco vel imminutus a pertusa myringe fuerit auditus, reticetur; anatome, quæ sola læsionis modum, surditatisque post trimestre secutæ causam detestura fuit, neglecta est: cur autem toto trimestri superfuit auditus? & cur postea periiit, licet probabile sit, myringena canis jam tum rursus fuisse con sanatam? Credibile est utique, plus eo in cane, quam solas myringes fuisse læsum. Quod vero ad imminutum in casibus HILDANI, KALTSCHMIEDII, MARTENIQUE auditum attinet, etsi unica myrinx læsa fuisse videatur, tamen collectio puris porum acusticum, tympani caveam, tubamque ita obsidere poterat, ut soni propagationi officeret. Adversarii myringis itaque pergunt querere, cur CHESELDENI, STOCKHAUSENIQUE viri, cur tres VALSALVÆ canes probe audiverint? Nam quod ad HORSTII casum patroni myringis attulere responsum, nil nisi conjectura est, non demonstranda. Quæ cum ita sint, non possum non cum MORGAGNIO *b*) facere, qui myringem non nisi ad protegendas ab injuriis externis aeris, pulverum,

in-

a) l. c. p. 77.

b) l. c. n. 19. & de sedib.
& caus. epist. 14. n. 10.

infectorum, &c. partes acusticas interiores pertinere existimat, ita tamen, ut si illa diutius non concreseat a læsione, auditum difficilem progressu temporis, imo cophosin etiam, post se trahere queat, dum videlicet illaplis cum aere sicco, fervido &c. sordibus (id quod per tubam, quam aer in ore naribusque jam purior redditus init, perinde fieri nequit) cavea tympani oppletur, musculi arescunt, ossicula dislocantur, stapesque e fenestra ovali excidit, quo facto labyrinthus quoque eadem omnia, ob iter aeris per fenestram ovalem tum apertam patulum, patietur. „ Itaque ab nemine, cui stapes „ totus excidisset, auditum diu conservatum „ legisse meminit „ MORGAGNIUS a).

§. 10.

VI. TYMPANI *caveæ*

I. *Intersepimenta*, qualia in aure surda semel reperit MORGAGNIUS b), qui alias c) quoque in alius hominis aure secundum naturam constituta tenuem sed amplam membranam, ante orificium antri mastoidei eamque

a) De sed. & caus. morb. l. c.

b) Epist. anat. s. n. 26.

c) Ibidem.

que vicinam se se adeo extendentem, ut illud aut occluderet, aut videri posset occludere, apprehendit.

2. *Membranæ fenestrarum ossificatæ.*

„ Olim namque in cujusdam surdi cadavere
 „ surditatis causam, in eo sitam invenit
 „ VALSALVA a), nempe quod indicata
 „ membrana in substantiam osseam indurata
 „ unum continuatum os constituebat cum
 „ basi stapedis, & margine fenestræ ovalis:
 „ adeoque efficiebat, ne amplius sursum
 „ deorsumve eadem basis moveri posset „.

3. *Extravasata*, ut aqua, sanguis, pus, &c. Virum apoplexia extinctum narrat MORGAGNIUS b), qui cum surdaster prius fuisset, in causam est indagatum, repertaque aqua in caveis tympani. Quod idem in acutorum surditate VALSALVA c) observavit. A pure caveam tympani inundante auditum imminui non est infrequens. Apud I. H. SCHULZIUM d) viro in pueritia pilæ e nive durius compacta aurique fortiter illisa sanguinem inde copiosum elicuit, postea materia foetida aliquamdiu profluxit. Ab eo autem tempore usque ad 20 ætatis annum auris læsa ab autumnii fine ad ver adul-

Trnka Hist. Cophos.

E

tum

a) l. c. Cap. 2. §. 10. p. 27.

b) Epist. anat. 7. n. 6.

c) Ibidem.

d) Act. nat. cur. Vol. 1.

obs. 222.

tum ichorem foetidum vitellinum plorabat, quo toto simul tempore æger vel parum vel nihil aure illa audiebat; sæpeque molestum summis in faucibus gustu odoratuque percipiebat sensum cum pruritu ac titillatione, tumque mucum ac salivam reddebat insigniter flavescens, procul dubio causa coloris hujus e cavea tympani per tubam acusticam accedente. Atque in idem recidunt, quæ Cl. Vir tum de ove surda a), tum de puero surdo mutoque b) narrat.

4. *Ossicula* acustica

a) *Absentia*, unum vel plura, idque vel conformationis nativæ vitio vel infortunio. Sic P. MERSENNUS c) in surdo mutoque a nativitate post mortem defuisse incudem vidit.

b) *Dislocata* luxatione vel omnimoda separatione; „perinde enim habendum est, „inquit MORGAGNIUS d), ac si deessent, „quod ita locata sint, ut suis muneribus „fungi non possint „. In VALSALVÆ e) femina una aure surda, altera graviter audiente, auris surda universis ossiculis, præter solam stapedis basim, destituta erat, altera

a) Vide §. 9. n. 1. b).

b) Vide §. 19. d).

c) In BONNETI Sepul. anat. L.

1. S. 19. obs. 4. §. 1. 2.

d) De sed. & caus. morb.

l. c.

e) Vide §. 9. n. 1.

tera vero etsi omnia habuerit, tamen sola eorum dislocatio auditum in eo causavit difficilem. Eximium hanc in rem casum notavit HENRY *a)*: puer ad 15 annos natus angina maligna cum dyspnœa & efflorescentia pustularum toto corpore intra 24 h. correptus, paulo post nigra ac foetida vomuit; postero vespere furiose deliravit, oculis scintillantibus, hiante ore, cujus lingua faucesque nigræ ac tumentes halitum foetidissimum dabant. Hoc in statu ad 6 usque diem mansit, omnia rejiciens & vix a 2. 3ve hominibus coercendus. Die 6^o insigne sanguinis grumosi frustum naribus excrevit cum levamine, & somno 3 horar. subsequente, post quem sui compos jus carniū sumpsit. Sub linguæ orisque purgatione laciniæ foetidissimæ nigræ secedebant; tumor subsedit, omniaque symptomata evanere. Post 10 dies observatus puris albi crassique ex auribus fluxus: idcirco post injectum oleum hyperici aures bombace moschum habente obturatæ; quo sequenti die remoto prodiit cum pure incus & malleus. Qua ossiculorum dislocatione & elapsu factum est, ut puer a morbo superato surdus prorsus manserit; etenim sub ipsis etiam campanis stans pro

E 2

ipso

a) Journ. de médecine &c. T. 15, Octob.

ipso intenso earum sono nil nisi fufurrum percepit.

c) *Minora*, quam par est, utrum auditui officiant, nolim asseverare. L. BAILLY a) tamen in pueri tertium annum egressi, a nativitate surdi mutique capite admodum exilia ac $\frac{1}{3}$ minora conspexit.

5. *Musculi* acustici vel destructi (vulnere, ulcere, &c.), vel immobiles (ob atoniam, paralyfin, pressionem, rigiditatem, &c.); quippe a portione dura nervi acustici compressa, quando vulnus ad initium masseteris illatum est, surditatem secutam refert SMETIUS b), quæ alias etiam in quodam ad 20 annos nato gulam arcte ab homine robusto interrixam compressam e vestigio cum aphoniam, teste LITRE c), est consecuta. Mirum id quidem HALLERO d) visum est, propterea quod nulla portioni duræ cum molli anastomosis esset, verum si consideremus, a dura nervi acustici portione & chordam tympani oriri, & furculos musculis mallei interno ac stapedio impendi e), & anastomoses cum nervi trigemini propaginibus (ut sunt nervus infraorbitalis, gustatorius
buc-

a) In *NOUVEL.* c. §. 3.

b) *Miscell. med.* L. 10.

c) *Hist. de l'Acad. des Sc.*

1705. p. 53.

d) *l. c.* §. 9. p. 297.

e) *Ibid.* T. 4. L. 10. §.

5. §. 27. p. 227.

buccinatorius, labialis inferior, temporalis superficialis, &c.), cum nonnullis cervicalibus, cum pari vago, cum intercostali magno, &c. a) formari, non abs re suspicari licebit, posse ab horum uno (v. g. masseterico, qui cum buccinatorio eandem habet originem) vel læso, vel compresso validius, (v. g. recurrente 8^{ta} paris) læsionis pressio-nisve effectum per consensum ad durum etiam nervum, qui chordam tympani præbet, ejusque surculos musculis interno mallei ac stapedio prospicientes, pertinere, sicque modo dictos musculos ita simul affici, ut vel spasmo correptis vel paralyti tactis ossicula acustica reddantur immobilia, myrinx minus tendatur, &c. atque ita id genus læsiones vel difficilis auditus vel ipsa surditas consequatur. Huc proinde etiam referri posse videntur auditus imminuti vel aboliti casus, quos aliorum quoque nervorum læsiones prodixerunt, velut cujus a nervo frontali læso I. LINDHULT b) meminit. Sic a dentitione in ancilla sinistrae auris copiosin pro immedicabili habitam, excluso autem dente sine ullis remediis usurpatis evanidam vidit I. G. PASCH c).

E 3

TE-

a) Ibid. § 28.

b) Vide §. 44.

c) Abhandl. aus der Wund-
arzn. von den Zähnen
1. Th. 3. C. §. 4. p. 16.

TERUS *a*) narrat feminam luſtantium duorum puerorum uni cervicem ſcoparum manubrio percuffiſſe, unde ille e veſtigio ſurdus mutus & in utroque latere paralyticus evaſit, & anno poſt uno alterove elapſo vivere deſiit. Atque non alioſum hinc forſitan pertinebit ſurditas, quam vehemens terror producere eſt obſervatus. Puella 15 annor. narrante I. LANZONO *b*) ruri ex improvifo angue in herba juxta ſe conſpecto adeo eſt exterrita, ut tremens cum frigido ſudore domum reverſa ſyncopen pateretur, qua ſublata adeo imminutum habuit auditum, ut nonniſi fortes clamores, non item campanæ ſonum, perciperet. Et hujus perinde loci caſus eſt, quem RIEDLINUS *c*) ad faſcinum a diabolo retulit (modo omnis illa reſ geſta non fuerit, ut videtur, impoſtura), de puero 16 annor. a terrore facto muto ſurdoque cum melancholia & convulſionibus, &c.

CA-

a) Obſ. L. 1. p. m. 124.*b*) Miſc. nat. cur. Cent. 9.

obi. 6.

c) Ibid. dec. 3. ann. 2.

obi. 169.

CAPUT IV.

CAUSA PROXIMA.

§. II.

Si, quæ de surditatis causis com proegumenis tum procatarteticis paulo ante commentati sumus, pro eo ac par est, expendantur, haud difficulter apparebit, qua in re potissimum *surditatis* PROXIMA CAUSA, quæ e binarum priorum concursu enascitur, sit reponenda: quippe quæ nil aliud est, quam *ineptitudo instrumentorum acusticorum sonum per organum auditus ad sensorium commune propagandi*. At enim vero cum instrumenta acustica duplicis sint ordinis, videlicet machina primum acustica seu organum, tum nervus acusticus; clarum est, sedem ineptitudinis memoratæ vel in organo vel nervo esse posse. Cumque non organum modo multiplicibus partibus, in quibus ineptitudo illa reperiri possit, conflatum sit, verum ipse etiam nervus certam habeat mensuram modumque: patet hinc, quam varia causæ proximæ, seu morbi, sedes esse queat. Porro cum ipsa illa pars, in qua morbi sedes fuerit, non unius semper

generis vitio ineptitudinem functionis contrahat, sed quadam etiam varietate eandem præ se ferre possit: liquido ex his conficitur, duo in causa proxima seu morbo esse spectanda, quorum primum *Sedes* est morbi, alterum vero ejusdem *Modus*, i. e. quem ad modum pars quædam acustica inhabilis reddita fuerit ad functionem auditui necessariam præstandam. Proinde

§. 12.

I. SEDES dum est

A) *Organum*, poterunt esse inepta vel

1. *Cava* acustica (ut pori, tubæ, cavæ tympanorum, labyrinthi) ad undas sonoras admittendas, multiplicandas, transmittendas: vel

2. *Membranae* acusticæ ad contremiscendum, motumque peragendum: vel

3. *Musculi* acustici ad myringibus, ossiculis, tubisve debitum situm motumve conciliandum: vel

4. *Ossicula* acustica ad motum suscipiendum, & quæ ab hoc pendent. Dum vero sedes est

B) *Nervus*, ineptitudo ejus in eo sita est, quod fluido nerveo sit impervius, ope cujus mutatio ab sono in nervo facta ad sensorium commune propagari queat: seu hæc

in-

ineptitudo sic in nervi acustici expansione intra organum, seu in ejus decursu, seu denique in origine, quorsum illa etiam corticis cerebri pars est referenda, ex qua medullaria nervorum acusticorum principia ortum trahunt.

§. 13.

II. MODI vero ineptitudinis respiciunt acustica

1. *Cava* abolita, imminuta, interrupta, repletionem, concretionem, intersepimentis.

2. *Solida* deficientia vel immobilia vel minus, quam par est, mobilia ob spasmodum, paralyticam, rigiditatem, laxitatem, situm pravam, solutionem continui &c.

C A P U T V.

DIAGNOSIS.

§. 14.

DIAGNOSIS *surditatis obauditionisve*, duo requirit: primum, ut *morbus praesens cognoscatur*, alterum vero, ut *morbi praesens*

sentis cogniti sedes modusque a) detegatur. Diagnōsis morbi vere præsēntis haud est obscura, ut quam confessio ægri, & adstantis observatio, dum soni, strepitus, fragoreſve excitantur, absolvant. Verum tamen accidit interdum, ut mendicabula stipsis colligendæ causa, aut milites exauctorationem quærentes, mentiri surditatem assoleant: unde signis utique opus est, queis *cophosis ficta a vera* dignoscatur. Bina hanc in rem sunt media, unum ut suspectus ejusmodi surdus conclavi cuiquam solitarius inclusus diligenter ab aliis observetur, num non ad sonos, strepitus, fragores, studio circa conclave excitatos se convertat? alterum est, ut ex improvīso ab illius tergo fragor edatur, qui periculi imminentis index esse solet, v. g. sclopeti explosio: enim vero non est in potestate nostra ad id genus improvīsos fragores discrimen portendentes vicinum non exhorrescere; quod si fit, indicium est, illos a simulante morbum fuisse auditos.

§. 15.

Sedes vero cum modo in organo modo in nervo esse soleat, non abs re DU VER-

NEY

a) Vide. §§. 12. 13.

NEY *a*) omnem diagnoscens cardinem in eo versari dixit, ut rite dispiciatur, in nervone an organo, quave eorum parte, & a quo potissimum vitii genere, morbus resideat. Quod ipsum tamen longe esse difficillimum fatetur, quod universæ pene acusticæ partes cum visui (seu inspectioni), tum tactui (seu faciendæ instrumentorum ope explorationi) sint subtractæ, & pluribus veluti mœnibus adversus utrumque se se tuentes. Ut tamen in re adeo abstrusa certitudo quædam obtineatur, jubet M. ETTMÜLLERUS *b*) omnia quæque pensitari & ad se invicem contendere; quandoquidem „saltem ratio (inquit) causarum antecedentium, & ita fiendi modus nunc repentinus, nunc successivus, item adjuncta aliarum partium symptomata, vel capitis vel sensuum reliquorum, item an surditas continua sit, an interrupta? an conjungatur cum morbis hypochondriacis & aliis pathematibus? easdem subinde plus minus manifestant. Ex his enim origo seu causa surditatis artificiosa conjectura eruitur „. Quod ut ordinate & cum quadam in investigando promptitudine ab iis, qui

a) Tract. de organo auditus P. 3. p. m. 45. *b*) l. c. p. m. 735.

qui medicinam ægris facere occipiunt, præstari possit, in præsentem sum operam daturus.

§. 16.

- I. NERVI affecti signa diagnostica sunt
1. *Organi læsi indicia* (paulo post dicenda) *nulla*.
 2. *Causæ prægressæ* nervo læso propriæ, ut inanitio subita, extravasata, & infarctus vasorum acustico nervo contiguorum, &c.
 3. *Surditatis magnitudo modusque*, bene intellecta, v. g. si surditas perfecta momento accidit, præsertim in utraque aure, vel si exactam tenet periodum, &c. Si denique unam prius aurem læsam etiam altera postea sequatur. Si præterea ad omnes sonum surdis communicandi methodos a) nulla ejus perceptio sequatur.
 4. *Læsiones encephali sensuumve* aliorum prægressæ vel simul præsentis; utrumque enim ab eadem causa circa nervorum origines hærente proficiscitur, cujusmodi exempla collecta superius

a) Vide §. 61. sqq.

perius a) exhibui. Hinc recte L. RIVERIUS b): „ si a cerebri vicio surditas contingat, aut alii etiam sensus læduntur, aut aliquis affectus peculiaris in cerebro apparuit, aut dolor capitis, aut gravitas, apoplexia, lethargus, aut alii hujusmodi „.

§. 17.

II. ORGANI vero læsi, pro varia ejus parte vitiata, diagnosi est multiplex; nimirum

A. *Pori acustici* vitia enumerata c) de-
tegit

1. *Inspectio* in aurem, si opus dilatata prius, ac luci obversam, commendante id MORGAGNIO d).

2. *Exploratio* stilo aut specillo caute in aurem indito, notando, ad quam altitudinem in aure tum sana tum ægra, si non ambæ vitiatæ sunt, descendit, offendatne uspiam, aut num instrumento, ubi eductum est, sordium
quid-

a) Vide §. 2. n. 4.

b) Prax. med. L. 3. C. 1.

c) In §. 7. B.

d) De sed. & caus. morb. Epist. 14. n. 13.

quidpiam adhæserit. SCHULZII ·a) in puero fordes chartæ immiffæ adhæserere. 1

3. *Exitus vel humoris, vel vermium, vel squammularum b).*

4. *Germinatio leguminum c) intra porum acusticum contingens.*

5. *Auditus ore biante distinctior.* Tunc enim ultra myringem sano in statu esse omnia sonus per os in tubam acusticam & caveam tympani pulsus propagatus, perceptusque docet.

B. Myringis

a) *Laxitas* innotescit, si

1. *Causa* vel laxans, vel nimium aliquo tempore tendens myringem, præcessit vel etiamnum adest d). Si porro

2. *Barycoia*, non cophosis (ist enim efficiendæ sola myringis laxitas est impar), adest.

3. *Augmentum morbi* cælo nebuloso pluvio, flante austro e); velut in ægris FORESTI f), HOFFMANNI g), &c.

a) Vide §. 29. d).

b) Vide §. 7. B. n. 5.

c) Vide §. 57.

d) Vide §. 9. n. 3. a). b).

e) VERNEY l. c. P. 3. p.

m. 42. HOFFM. med.

rat. syst. l. c. thes. pa-

thol. §. 12.

f) l. c. obs. 12.

g) Vide §. 30.

4. *Auditus melior* a) Cælo sereno, sicco, β) Machinis acusticis α) auri adaptatis, vel ore patente, γ) Strepitu, sono intenso, fragoreve excitato β), aut flante vehementer vento, quod postremum BORRICHII c) in agro evenit.

5. *Juvenem* a roborantibus, adstringentibus: deterior vero auditus a laxantibus.

b) *Rigiditas* vero intelligitur adesse, si

1. *Causa* ei efficiendæ idonea posita fuit: si

2. *Barycoia* tantum adest. Si

3. *Auditus* humida tempestate oreve aperto acutior est, gravior contra cælo sereno sicco, ore clauso. Si

4. *Laxantia* remedia juvant, obsunt roborantia & adstringentia.

c) *Crassities* porro pro varia causa varie cognoscitur, sed admodum difficulter. Si pseudomyrinx d) insidet etiamnum myringi, surditas a nativitate suspicionem ejus præbet. Quod si aut obesitas nimia aut hydropica colluvies myringem reddidit crassiorrem, id plerumque reliquis corporis habitus docet e).

d) *Con-*

a) Vide §. 71.

b) Vide §. 70.

c) Vide §. 41.

d) Vide §. 9. n. 1. d).

e) Vide ibid. c). & §. 30.

- d) *Continuitas soluta* denique noscitur, si
1. *Causa* externa violenta, vel interna acrimonia, ei applicata est, hanc dolor præcedit, illam crepitus in aure perceptus (rupturæ signum) sequitur.
 2. *Stilus* auri inditus justo profundius intrans, velut in HORSTII a) venatore.
 3. *Injectiones* in porum acusticum factæ in fauces usque penetrantes, quemadmodum in ægrotis apud MARTIN b) accidit.
 4. *Aer*, vel *fumus* tabaci, ore naribusque clausis exspiratus, per porum acusticum erumpens c). Quod percipitur, si flammula candelæ, aut palea e filo pendula, auri tum admota in partem oppositam impellatur.

C. *Tympani cavæ*

- a) *Intersepimenta* d), dum adsunt, cognosci nequeunt:
- b) *Membrana fenestrarum ossæ* e) perinde.
- c) *Extravasata* autem detegunt
 1. *Causæ* prægressæ cognitæ, ut febres f), morbi encephali, &c.

2.

a) Vide §. 9. n. 5.

b) Ibidem.

c) Ibidem.

d) Vide §. 10. n. 1.

e) Ibid. n. 2.

f) Ibid. n. 3.

2. *Fluctuationis sensus*, qualis in WEPFERI a) ægro adfuit.

3. *Myriax in porum acusticum protuberans*, ut notat OOST. SCHACHT b).

4. *Effluxus stagnantis* in os & nares post sternutationem, vel capitis in oppositam aurem reclinacionem, quod in I. H. SCHULZII c) viro accidit.

5. *Injectiones* per tubam acusticam in caveam tympani factæ, quæ extravasatum secum evehunt, ut in WATHE-
NII d) quinquagenario.

d) *Ossicula cariosa* demum (cetera enim eorum vitia vix detegere licet) noscuntur, siquidem

1. *Otalgia* præcessit vel *angina ulcerosa*, vel *ulcus ad apophysin mastoideam*, in corpore cachectico, v. g. scorbutico, syphilitico, &c. si dein

2. *Sanies* e poro acustico vel faucibus prodit cum nigris squammulis osseis, notante VERNEYO e).

D. *Tubæ EUSTACHII obturatæ* indicia sunt

I. *Causæ* ad id idoneæ f) prægressæ vel præsentis.

Trnka Hist. Cophos.

F

2. Sym-

a) Vide Hist. 4.

b) Inst. med. pr. L. 3. C. 1. §. 13.

c) Vide §. 10. n. 3.

d) Vide §. 65.

e) l. c. P. 3. p. m. 43.

f) Vide §. 8.

2. *Symptomata* tubam obturatam pro varietate causæ interdum comitantia, ut susurrus, tinnitus, &c.
3. *Exspiratio* ore natoque clauso facta nec bombos, nec myringis in porum acusticum protuberantiam a), creans.
4. *Exploratio* ope stili tubæ admoti b).
5. *Machinæ acusticæ* dentibus prehendi solitæ c) hic fallunt; nam etsi, dum iis admotis perceptio sonorum distincta excitatur, rite arguas, tubas ceterasque ultra tympanum partes acusticas recte esse constitutas, tamen ex effectu contrario haud dixeris tubas esse impervias: nam iis licet perviis, si causa surditatis in nervo sit, auditus ab admota machina erit nullus.

C A P U T V I.

P R O G N O S I S.

§. 18.

FEBRILIS „ *surditas* esse solet critica & „ *symptomata* „ teste G. BAGLIVO d), de febribus acutis continuis agente.

I. Sym-

a) OOST. SCHAENTL. c. §. 18.

b) Vide §. 65.

c) Vide §. 72.

d) *Prax. med.* L. 1. C. de parotid. & surdit. in acut. §. 12.

I. *Symptomata* est in statu cruditate: hæc si magna est cum pravis symptomatis, illa adveniens nil boni portendit; namque tum „ obsurdescere aures in acutis „ signum magni raptus ad cerebrum „ esse ait BAGLIVUS a). Unde etiam HIPPOCRATES passim hoc symptoma ejusmodi in statu damnat, mentisque emotionem prædicat, „ in acuta febre (dicens) aures obtusæ vehementem insaniam portendunt „ b), in primis quibus

a) *Morbus a lociis* puriformibus jam factis ac repressis est obortus. „ Quibus „ a partu alba prodeunt, ait ille c), ex „ his subsistentibus surditas cum febre & „ lateris dolor acutus excitatur, eæ in vehementem & perniciosam mentis emotionem incidunt „ . Vel ubi

b) *Excreta prava* sunt, ut urinæ, vomitus, hæmorrhagiæ, &c. De urinis ita COUS d): „ procedente morbo surditas ac „ urina subrubra cum nullo sedimento, sed „ cum sublimamentis in medio innatantibus, „ mentis emotionem prænunciant: in his „ morbo regio corripit malum est „ . Alibi e) tamen pro subrubris prærubras urinas

F 2

ha-

a) Ibidem §. 11.

b) Coac. n. 196.

c) Ibid. n. 125.

d) Ibidem n. 198.

e) Prædictor. L. 1. n. 22.

habet. Prædictionem hanc confirmat historia HERMOCRATIS *a*). De vomitu autem *b*)
 „ vomitus (inquit) virulenti & æruginosi
 „ in capitis doloribus cum sorditate, &
 „ insomnia, promptam insaniam signifi-
 „ cant „. Velut PHILISTES *c*), qui urinas quoque prius dictas excrevit, est expertus. Denique de hæmorrhagiis *d*) ita enunciat: „ in præcipitibus malis, quæ post paucam sanguinis eruptionem aut nigrorum „ per alvum refusionem surditas obvenit, „ malum denunciat. In his sanguinis egestio „ perniciem affert, surditatem tamen discutit „. Eandem tamen sententiam paulo aliter alibi *e*) protulit. Porro si

c) *Nervorum mala* alia, ut tremor, paralytis, aphonia &c. conjuncta sunt: signum enim est, universum encephalon ob febris vehementiam infarctu vasorum laborare, sicque & acusticum nervum & alios in communi sua origine affici, id quod nil boni pollicetur. Hinc etiam HIPPOCRATES *f*) „ gravi (ait) surditate tentati, „ dum aliquidprehendunt, tremuli, linguæ
 „ re-

a) Epidem. I. 3. S. 1. Ægrot. 2.

b) Coac. n. 169.

c) Epidem. I. c. Ægrot. 4.

d) Prædictor. L. 1. n. 129.

e) Coac. n. 331.

f) Ibidem n. 197.

„ resolutione ac corpore affecti, male ha-
 „ bere judicantur „ . Et alias a): „ qui
 „ capite dolent cum levi aliqua surditate,
 „ manuum tremore, cervicis dolore, nigri-
 „ cantes reddentes urinas, & densas, si si
 „ nigra vomitione refuderint, perniciose
 „ habere suspicandi sunt „ . Illustrat hæc
 P. SPINDLERI b) observatio. „ In febribus
 „ malignis (inquit ille) non semper obau-
 „ ditioni fidendum ceu signo salutari. Ego
 „ his hoc anno 1650 observavi prænun-
 „ cium fuisse gravissimi capitis affectus. In
 „ una persona catarrhus lethalis secutus, in
 „ altera post mortem sanguis ac pus per nares
 „ & aures erupit, & hæc quidem in princi-
 „ pio morbi dolorem perpessa est circa oc-
 „ ciput, quem ad tempus mitigavit sectio
 „ venæ ischiadicæ in talo „ . Non videtur
 Observator hic in lectione HIPPOCRATIS
 admodum fuisse versatus, ut qui ignorarit
 ab illo surditatem cum dolore cervicis seu
 circa occiput damnari.

2. *Critica* contra censenda est, quæ
 cum coctionis signis advenit, & in critica
 tempora incidit; enim vero teste BAGLI-
 VO c) „ surditas in acutis post 7 diem,

F 3

„ cum

a) Ibid. n. 176.

c) l. c. §. 150.

b) Observ. med. 19.

„ cum aliis bonis signis , reconvalescentiæ
 „ indicia præbet „ . Quod idem F. HOFF-
 MANNUS *a*) observavit „ surdaster (in-
 „ quiens) status in petechizante febre circa
 „ dies criticos, urina existente cocta, eve-
 „ niens bene omnino jubet sperare „ . Ita
 & BOUCHER *b*) in febre putrida epidemi-
 ca ab se descripta vidit „ surditatem circa
 „ II diem, vel morbi in acme, abortam
 „ fuisse omen salutare; contra vero, si per
 „ principia morbi advenit „ . Neque id
 ipsi etiam HIPPOCRATI *c*) fuit ignotum,
 quippe qui idem ab se in epidemia Perin-
 thi observatum litteris mandat; cuiusmodi quo-
 que surditatem in HEROPHONTE *d*) mane
 dici 5^o, in Abderitana virgine *e*) die 8^o.
 in HEROPYTHO *f*) sub 14 diem, discrete
 commemorat. His exempla STORCHII ac
 PLATERI *g*) jungi possunt. Hæc de sur-
 ditate febrium acutarum. In intermittenti-
 bus autem contra, quam in acutis, res ob-
 tinet; namque surditas, quæ in accessionibus
 intermittentium accidit; his finientibus spon-
 te

a) Med. rat. syst. 1. c. §. 13.

b) VANDERMONDE Journal de Medecine, &c. T. 10.

c) Epilem. L. 2, S. 3. fol. m. 1019. sq.

d) Ibid. L. 1. S. 3. Ægrot. 3.

e) Ibid. L. 3. S. 3. Ægrot. 7.

f) Ibid. Ægrot. 9.

g) Vide §. 5. B. n. 7.

te quoque definit, id quod LANZONI a) exempla docent: aut quæ feбри intermittenti non reversuræ succedit, cum nihil æque, ac in acutis, critici redoleat, tum etiam diuturnior, imo non raro immedicabilis, esse consuevit b).

§. 19.

FERNICIOSA est porro *surditas*

1. „ *In præcipitibus & turbulentis morbis: . . . quin &*

2. „ *In longis morbis* malum portendit, ac in his ad coxendices labores convehit „ teste COO c). Consensum aurium aliquem cum coxendicibus innuit I. LANZONI d) gravis, quæ cum surditate simul ischiadicum semper dolorem patiebatur. Speciatim vero mala est

3. *In iliaca passione*, de qua HIPPOCRATES e) „ in tenuioris intestini morbo „ (ait) laborantibus vomitio & surditas „ malo sunt „. Perinde

4. *In suppuratis*. Namque „ surditas pus intro colligentibus suborta sanguinolentam dejectionem denunciat. His „ sub mortem nigra egeruntur „ f). Quo-

F 4

„ rum

a) Vide §. 5. B. n. 7.

b) Ibidem.

c) Coac. n. 190.

d) Vide §. 5. A. n. 6.

e) Coac. n. 470.

f) Ibid. n. 420.

rum an alterutrum in RIEDLINI a) phtisico, cui ante mortem obauditionis supervenit, acciderit, notare operæ pretium fuisset.

§. 20.

EFFECTUS obauditionis aut surditatis sunt varii, ac boni alias, alias pravi; namque

1. „ Vehementem in locis inferioribus dolorem surditas solvit, aut copiosus ex naribus sanguis profluens „ teste HIPPOCRATE b). Porro

2. Sistit alvum fluxam. „ In febribus, „ inquit COUS c), enata surditas alvum remoratur & sistit „ . Velut in HEROPHONTE d), STORCHIIque tum puero e) tum matrona f) evenerat.

3. Afficit læsa auris una plerumque aliquo post tempore etiam sanam, veluti id ægris HOFFMANNI g), PLATERI b), SCHROECKII i), THOMPSONI k), TIMÆIque l) accidit.

4.

a) L. n. med. ann. 3. April 19. p. 247. sq.

b) De Iudicationib. p. m. 55. & Epidem. L. 2. S. 5. p. m. 1040.

c) Coac. n. 191.

d) Epidem. L. 1. S. 3. Ægrot. 3.

e) Obs. clin. ann. 4. p. 406. sqq.

f) Ibid. ann. 7. p. 281. sq.

g) Vide §. 27. b).

h) Obs. L. 1. p. 108.

i) Vide §. 33. n. 2.

k) Vide §. 39.

l) Vide §. 34. n. 3. d).

4. *Relinquit post se*, notante BAGLIVO a), interdum diuturnam stoliditatem aut *faruitatem*. Quod tamen fortassis non tam a surditate, quam potius a prægresso simul ceterorum quoque encephali vasorum infarctu est repetendum.

§. 21.

IMMEDICABILIS est *surditas*

1. *Orta a vitio non abolendo* seu nervi seu organi, ut est soliditas totius pori acustici b), concretio tubæ, intersepimenta cavæ tympani, membranæ fenestrarum ossificatæ, nervus acusticus absens, atrophicus, &c. Sed num incurabilis quoque est *surditas*

2. *Diuturna?* MONTANUS teste FORESTO c) semestrem *surditatem* immedicabilem esse pronunciavit; GORDONIUS tamen terminum in biennium produxit. Interea vero non semestrem modo desisse BORELLUS d), septimestrem HOFFMANNUS e), retulit, sed annosiores etiam observatæ sunt cecidisse. Sic sesquiennem sustulit WATHEN,

F 5

duasque

a) l. c. §. 11.

b) Vide §. 7. B. n. 1. & §. 60.

c) l. c.

d) Vide §. 22. B. n. §.

e) Vide §. 5. B. n. §.

duasque biennes *a*); hisque diuturnior etiam fuit in SCHROETERI *b*) futuro: sexennis fuit in WATHENII *c*) femina, puella HIORTBERGII *d*), matrona apud LE ROY *e*), septennis in vetula FORESTI *f*), decennis in TIMAEI *g*) viro, duodennis in BIERLINGII *h*) rustico, viroque VALSALVÆ *i*), 13 annor. in puero pastore *k*), 16 annor. in ægro HOFFMANNI *l*), 18 annorum in viro WATHENII *m*), vicennalis in NEBELII *n*) venereo, ac denique 30 annorum in SCHROECKII *o*) sene: imo 58 annos in femina LENTILII *p*) duravit, sanata tamen. Plura in LINDHULTI *q*) experimentis id genus exempla videre est. Unde patet, non multum hac in re temporis diuturnitati esse admodum tribuendum; sed omnem curationis spem ad bina præsertim pertinere, si sc. & causa fuerit facile amovenda, & remedia ei amovendæ paria adhibita.

§. 22.

a) Vide §. 65.*b*) Vide §. 41.*c*) l. c. n. 4.*d*) Vide §. 48.*e*) Vide §. 40.*f*) l. c. obs. 13. Sch.*g*) Vide §. 34. n. 3. d).*h*) Vide §. 28.*i*) Vide §. 7. B. n. 6.*k*) Vide §. 22. B. n. 5.*l*) Vide §. 27. b).*m*) Vide §. 65.*n*) Vide §. 29. d).*o*) Vide §. 33. n. 2.*p*) Vide §. 7. B. n. 7.*q*) Vide §. 44.

§. 22.

SOLVIT *surditatem* febris, crisis, metastasis.

A. *Febris*, quatenus obstructions vasorum acusticorum nervum comprimentium, vel tubæ acusticæ cavum abolentium tollunt. STORCH a) narrat musicum ad 30 annos natum, adeo defluxionibus obnoxium, ut in sanitate adhuc obaudiret, post diuturnum instrumentorum inflatiliura exercitium, erroresque diætæ, in Julio pleuritide cum pravis symptomatis petechiisque correptum post 5 hebdomades periisse. In morbi augmento melius audit; at ut primum symptomata minuebantur, continuo iterum auditus intercidit. In Annalib. Vratisl. b) femina 30 annis major per febrem catarrhalem cum purpura a surditate, quæ eam aliquamdiu ante detinuit, est liberata. Ad febrem quodammodo vis vitæ post febres acutas languens, postea ope diætæ valentior facta, revocari potest, quæ sola surditatem a morbo superstitem sæpe numero profligat. Sic apud A. STÖRCKIUM semel c) atque iterum d)

» ex

a) Obs. clin. ann. 6. p. 651.

c) Ann. med. 1. p. 7.

b) Tent. 28. A. 1724. Maji

d) Ibidem, p. 31.

Cl. 2. tit. 2. §. 1. p. 484.

„ ex acuta convalescentes fere omnes sur-
 „ dastri fuerunt; verum sola natura, &
 „ diæta sufficiente plerique curati sunt „ .

B. *Crisis* surditatem solventes sunt

1. *Hæmorrhagia* narium, præsertim
 in febre; nam „ qui surditate cum capitis
 „ gravitate ac præcordiorum contensione ve-
 „ xantur, ait COUS *a*), in iis sanguinis e
 „ naribus fluxum sperare oportet „ . Ac
 postea *b*) de hoc fluxu „ surditatem (in-
 „ quit) in febribus enatam sanguinis e
 „ naribus profluvium, ac alvi perturbatio,
 „ tollit „ .

2. *Vomitus*. „ In surditate ac corpo-
 „ re ex naribus subitillatio molestantiam quam-
 „ dam exhibet. Iis vomitio ac alvi per-
 „ turbatio convenit „ *c*),

3. *Alvus fluxa*. Nam „ quibus bi-
 „ liosæ sunt dejectiones, hæ oborta surdi-
 „ tatq; cessant; & quibus adest surditas,
 „ his exortis biliosis dejectionibus finitur „
 HIPPOCRATE *d*) teste. Utrumque horum
 experta est gravida STORCHII *e*) . „ Dixit
 „ mihi, inquit C. F. PAULLINI *f*), nuper
 „ mulier 57 annor. se a multis annis mo-
 „ le-

a) Coac. n. 195. 147.

b) Ibidem n. 210.

c) Ibidem n. 308.

d) Sect. 4. aphor. 29. vid.
 CASL. L. 2. C. 9.

e) Obs. clin. ann. 6. p.
 334. sq.

f) De tæriac. cœl. 5.
 2. P. 1. membr. 3.
 §. 8. p. 133.

„ lesto tinnitu cum magna auditus difficul-
 „ tate tortam a sola diarrhœa, ultra decen-
 „ dium durante, perfecte fuisse curatam „ .
 Alvo fluxa catarrhales surditates solvi testa-
 tur MICHEL a).

4. *Aures manantes.* VALSALVA apud
 MORGAGNIUM b) observavit „ laboranti
 „ capitis gravitate, cum hæc solveretur,
 „ auditus hebetudinem accidere; hanc au-
 „ tem solvi, cum aqueæ guttæ, ægro ca-
 „ put inclinante, per os naresque destilla-
 „ runt „ : manifesto indicio, eas e cavea
 tympani per tubam acusticam (i. e. rex aure
 interna) in oris nariumque cava defluxisse.
 Verum parumper difficilior est assequi humo-
 ris id genus critice ex poro acustico pro-
 fluentis vias, si (ut veri est simile) my-
 rinx illæsa sit, velut HELLWIGIUS c) id de
 se ipso testatur; namque a balnei laconici
 vaporosi adversus scabiem improvido usu
 gravissimam utraque aure obauditionem con-
 traxit, ad omnia remedia contumacem:
 quam tandem effluxus humoris lenti lividi
 fœtentisque ex aure dextra inter dormien-
 dum in eadem aure vix non ex toto sultu-
 lic.

a) Obs. sur. le Poulx. obs.

b) Epist. anat. 7. n. 6.

c) Obs. phys. med. 25.

lit. Eiusdem generis est mirabilis ille casus, a FONTENELLIO a) descriptus, Carnutis juvenis 23. annor. ab utero surdi mutique, qui post aquæ e læva aure effluxum audire primum cœpit, tum brevi quoque post loqui didicit. Sed cur WEPFERI b) ægro aquæ ex aure exitus nihil opitulatus est?

5. *Fragor in aure læsa vel sponte vel ad remedia excitatus, quem WATHEN c) a tubæ acusticæ deobstructione fieri existimat; dum nimirum aer prius in cavea tympani incarceratus, tuba postea reserata, inde impetuosè (ad modum evacuationis criticæ), & cum fragoris sensu excitato, erumpens auditum restituit. Mirum profecto phænomenon! de quo ita R. A. VOGEL d): „ obauditio ex decubitu humo-
 „ rum sæpe fragore quodam instar bombar-
 „ dæ explosæ in aure percepto discutitur,
 „ quem eminus quoque interdum percipere
 „ licet. Antequam vero id fiat, vehemen-
 „ tes dolores ipsastici caput & aurem ple-
 „ rumque vexare solent „ . Plerumque? Haud dixerim; ut qui præter HOFFMAN-*

NI

a) Hist. de l'Ac. des Sc. 1703.

b) Vide Hist. 4.

c) l. c. (ad §. 65)

d) De cogn. & cur. præc. C. H. affect. §. 335.

NI a) observationem, in qua id accidisse refertur, & ex qua VOGELIUS rem ad ceteros plerisque casus traduxisse videtur, aliam novam nullam, tamen plerasque alias non ignorem. Sic in DERHAMO b) narratur surdaster a catarrho, edito ad deglutendum nixu, & exaudito quasi crepitu auditum recepisse. P. BORELLUS c) „vidit. . .
 „virum mulieremque, qui subito surdi facti fuerunt, & deinde post 6 menses subito etiam auditum contra spem recuperarunt, facto in aure crepitu. Ita etiam A. E. BÜCHNERI d) puellæ 16 annor. menses non dum expertæ, obauditionem passæ, usurpatis in trimestre emmenagogis, licet menses non eruperint, tamen forti crepitu in aure facto auditus pristinus revertit. Apud C. F. PAULLINI e) matrona aliquot annos strepitum aurium passa, usu antimonii diaphoretici, liberalique corporis motu, id effecit, ut sono bombardæ simili excitato strepitus desierit. „Novit mulierem
 „M. ETTMÜLLERUS f) aliquamdiu surdi-

a) Vide §. 27. h).

b) HALLER l. c. T. 5. L. 15. S. 3. §. 5. p. 286.

c) l. c. Cent. 4. obs. 3.

d) Miscell. phys. med. A.

1729. Septembr. Cl.

—2. art. 1. §. 2. p. 337.

e) De theriac. cœl. S. 2.

P. 1. membr. 3. §. 2.

p. 130.

f) l. c. p. m. 734.

„ ditate laborantem, tandem audito fonitu
 „ in capite, ac si bombardam exploderetur,
 „ cessavit „. Porro pastor puer II. annor.
 a fulminis fragore audito surdus mutusque,
 ubi 24 ætatis, cophoseos vero tertium deci-
 mum, annum attigit, mane quodam, qua-
 si fulmen per utramque ivisset aurem, per-
 ceptionem habuit, continuoque & vocem &
 auditum recuperavit *a*). Idem in agris TI-
 MAEI *b*) ac SCHROECKII *c*) est observa-
 tum. Interea nihil ægro WEPFERRI *d*) fra-
 gor hic utilitatis attulit, aliis vero solatium
 hoc non fuit diuturnum: ægro I. L. API-
 NI *e*) plures annos baryecoïæ obnoxio ad
 tempus profuit. „ Id (inquit ille) curiosum
 „ erat observare, interdum, ut referebat æger,
 „ obstaculum aliquod in aure, nunc hic nunc
 „ illic, veluti membranæ cujusdam, disrumpi
 „ & tunc auditum liberioresse „. Similem
 prorsus casum refert C. T. BIERLINGIUS *f*):
 „ femina . . . 60 annor. per plures annos
 „ auditus gravitate laboravit, nocturno præ-
 „ primis & matutino tempore, quod sym-
 „ ptoma non cessat, donec sonum quem-
 „ dam (crepitum) in auribus percipit,
 „ qui

a) Frank. Samml. 5. B. 26.

St. 5. art. 5. p. 176.

b) Vide §. 34. u. 3. d).

c) Vide §. 33. n. 2.

d) Vide Histor. 4.

e) Vide §. 28.

f) Thef. theor. pr. obs.

84. p. 1050.

„ qui nonnunquam, quando e lecto surgit,
 „ nonnunquam vero tardius, quando se
 „ movere incipit, accidit: tunc remittit,
 „ ita ut isto die omnia auribus optime per-
 „ cipere possit. Varia tam interna quam
 „ externa. . sunt præscripta, frustra tamen
 „ omnia „. Perinde STORCHII a) puella 16
 annor. non dum menstruata, baryecoiam cum
 tuberculis palpebrarum passa, post usurpationem
 remediorum retulit, quotiescunque fragorem
 in capite perciperet, auditum inde
 semper ad aliquot dies reverti.

C. *Metastases* denique surditatem sol-
 ventis variæ sunt observatæ seu vulgares
 seu insolentes. Nimirum

I. *Scabies* erumpens. Narrat v.
 RIEDLINUS b) puellam duodennem a pri-
 ma infantia graviter audientem, nihil pro-
 ficientibus, imo malum potius exasperan-
 tibus, remediis, post *achorum* eruptionem
 prorsus convaluisse. STORCHII c) sexa-
 genaria ad catarrhos proclivis, post lapsum
 in caput per intervalla difficulter audire
 cœpit. Data omni hebdomade semel bisve
 ℞. de succin. CRATON. purg. Aliquot
 Trnka Hist. Cophos. G post

a) Obs. clin. ann. 7. p.
 219.

b) Lin. med. ann. 6. No-
 vemb. 6. p. 1253.

c) l. c. ann. 8. p. 599.

post diebus inopinato pristinus rediit auditus; sed eadem nocte erupere in manus dextræ digitis brunæ ardentesque *pustulæ* (queis ab aliquot jam annis erat obnoxia) inflammationem post se trahentes, quas empl. diapalm. c. camph. tuto sanavit.

2. *Icterus*. Vir apud RIEDLINUM a) quadragenarius, plurium annorum barycoiam passus, oborto ictero auditum recuperavit.

3. *Amblyopia* (paulo rarior est hæc metastasis). Apud T. BARTHOLINUM b) „ sexagenario majori ex defluxu catarrhi „ in nervos auditorios subitanea oborta fuit „ surditas, eaque tam gravis, ut nullum „ sermonem, licet ore admoto auribus ipsis, „ posset percipere, sed ex tabella voces „ signatas legere, atque oculis haurire „ effata aliorum, haberet necesse. Quod „ vero mirandum, dum eo surditatis affectu „ laboraret, acutissime cernebat, ac minu- „ tissimas scripturas accurate legebat oculis „ nudis, nullo organo armatis, qui a mul- „ tis annis conspicilla in usum & opem ad- „ hibere necessum habuerat. Hic nostra „ cura... sanatus a surditatis illo molestissi- „ mo incommodo ad pristinam oculorum „ he-

a) Obs. med. Cent. 1.
obs. 57.

b) Epist. med. Cent. 4.
Epist. 40. p. m. 234.

„ hebetudinem illico, cessante auditus illo
 „ vitio, reversus est „ .

4. *Paralysis* (multo etiam, quam amblyopia, rarior metastasis). Memoria dignum hanc in rem exemplum C. HELWICHUS a) ad posteros dedit: textor 70 annor. per 30 & amplius annos baryecoa primum, dein cophosi auris lævæ laboravit, ad omnia remedia rebeli, adeo ut postmodo re desperata multos annos ab remediis omnibus abstinerit. Verum 70^{mo} anno præter spem sensim reverti auditus cœpit, usque adeo, ut demum distinctissime audiret: sed eodem tempore, iisdemque gradibus, queis auditus crescebat, paralysis in dextrum corporis latus obrepit; namque primum debilitas, lassitudo, corpor, ac fornicationis sensus in pede dextro a coxa ad malleolos usque enata sensim ita cum auditu increvere, ut ubi hic evasit acutissimus, paralysis quoque lateris dextri adfuerit. Non minus memorabilis est observatio I. E. DONAUERI apud A. E. BÜCHNERUM b): vidua 60 annis major ex infelici olim casu, gravissimam contraxit obauditionem, etsi cetera secundam postea valetudinem sit ex-

G 2

per-

a) Misc. nat. cur. dec. 3. ann.
 7. & 8. obs. 208.

b) Miscell. phys. med. A.
 1727. Decembr. Cl.
 4. art. 3. p. 729. sq.

perta, usque dum demum post vehementem terrorem eumque secutam iram vertigine in apoplexiam detinente correpta est, a qua se colligenti paralyfis lateris dextri cum aphonia ac laboriosa spiratione superfuit: auditus vero eodem tempore tam erat acutus, quam qui maxime. Postea vero quam V^a S^o facta, MR^oque analeptica in horas data, extrinsecusque spirituosa adhibita cum malum in vesperam mitigassent, tum unius horæ somnum conciliaissent, expergefactæ inde ægræ loquela rediens eodem momento pristinam obauditionem revocavit. Sublato haud ita multo post morbo matrona obaudiens in triennium fere se recte habuit: donec curæ, animique motus, ac longior in cella frigida subterranea mora apoplexiam in paralyfin cum aphonia, sub qua auditus iterum optimus, redeunte vero loquela mox in pristinam obauditionem mutatus, desinentem revocarunt.

5. *Parotis* denique suppurata, aut evacuata quacunq; crisi, surditatem febrilem solvit; surditas enim in febre sub coctione oborta parotidis prænumcia esse solet, teste HIPPOCRATE a) dicente: „ ex surditate abs-
 „ cellus ad aures contingere consentaneum est,
 „ præ-

a) *Prædicor.* L. 1. n. 159.

„ præsertim vero si implacitas quædam
 „ aut inquietas corporis iactatio succedat: ac
 „ inter hos in iis, qui sopore detinentur,
 „ ista magis sperare oportet „ . Qua in
 sententia uniuersa, sparsim alibi *a)* dicta,
 est complexus.

§. 23.

Auditus rediens non semper pristinum
 attingit statum, quo ante sui imminutio-
 nem vel abolitionem^{d)} fuit. Etenim non
 raro aliquid obauditionis superest, non am-
 plius emendandum; alias vero ambarum au-
 rium surdarum una recuperante auditum al-
 tera immedicabilis perstat. Sic queis apud
 BIERLINGIUM *b)*, HILDANUM *c)*, LIND-
 HULTUM *d)* (ejus iuueni 23 annor.),
 ROBERDEAU *e)*, WATHENIUMque *f)*
 ambæ aures erant inutiles, unius non nisi
 nsum recuperarunt. Perinde aliquatenus
 tantum, non prorsus, auditus a remedii
 FALLOPIO *g)*, REUSNERI Comiti *h)*, nec
 non WATHENII *i)* quinquagenario & fe-
 minarum uni, reuersus est.

G 3

HI-

a) Ibid. n. 168. & Coac. n.
 163. 209.

b) Vide §. 28.

c) Vide §. 5. A. n. 4.

d) Vide §. 44.

e) Vide §. 7. B. n. 6.

f) Vide §. 65. obs. 5.

g) Vide §. 34. n. 1. b).

h) Ibidem. d).

i) Vide §. 65. obs. 2. 4.

HISTORIÆ

COPHOSEOS

PARS II.

DE MEDENDI METHODO COPHOSI.

PROLEGOMENA.

SUMMA CURANDÆ COPHOSEOS CAPITA.

§. 24.

Tria in Cophoseos curatione probe tenenda sunt:

I. INDICANS, quod ipsa est *Cophosis* sive causa illius proxima a) rite cognita b):
tum

II. INDICATIO *tollendi causam proximam*; quæ quia est vel in Nervo vel Organo vel utrinque, idcirco erit

A) NERVI *acustici*

a) *Pressio auferenda*: quod obtinetur

1. Spasms sopitis,

2. Vasis infarctis depletis, per

α) Vim

a) §. 11. 12. 13.

b) §. 14. sqq.

α) Vim contractilem eorum auctam,
 β) Vim fluidi illa distendentis im-
 minutam, sc.

- 1) Lentore correcto,
- 2) Copia imminuta,
- 3) Motu averfo aliorfum.

3. Extravasatis loco motis, illa

- α) Reducendo in vasa, vel
- β) Educendo foras.

b) *Atonia* vel a pressione superites vel
 a spirituum defectu emendanda.

B) ORGANI vitia corrigenda, nempe

a) *Cava acustica*

1. Arctata ampliando,
2. Præclusa referando,
3. Oppleta vacuando,
4. Deficientia compensando.

b) *Solida acustica*

1. Vitiata pro re nata emendando,
2. Loco mota reponendo,
3. Nexa vitiose dirimendo,
4. Inertia mobilia reddendo,
5. Absentia supplendo,
6. Superflua demendo.

III. INDICATA, quæ allatis modo indi-
 cationibus per omnis ævi experientiam fa-
 cere satis observata fuerunt, in sequentibus
 capitibus percensentur.

C A P U T I.

V A C U A N T I A.

§. 25.

Ubicunque suspicio adest vasorum ad instrumenta acustica pertinentium infarctorum, seu id plethora seu metastasis sani aut morborum, seu spasmus (modo hystericus non fuerit), &c. produxerit, curatio cophoseos ab evacuatione humorum est inchoanda. Contra ea abstinendum est religiose ab eadem, si cophosin debilitas vitæ a prægressa inanitione invexit. Cum autem plura sint vacuandi genera hocce in morbo proficua, singula rimari expediet, quid illis experientia per tot sæculorum circuitus tribuerit. Ac primum quidem

§. 26.

I. SANGUINIS *missio* tam auspiciato interdum est suscepta, ut ocyus morbum sustulerit: quod ut eo certius succedat, vena primum in brachio aut pede tusa copia sanguinis toto in corpore est minuenda, tum vero si (ut plerumque fit) nihil hinc profectum est, venæ minores aliquo capitis loco

loco incidendæ erunt. Præclarum hanc in rem testimonium OETHEUS a) perhibet :
 „ non plane absurdum (inquiens) mihi vi-
 „ detur cujusdam Bavarici balneatoris mihi
 „ noti auxilium, quo multos a difficultate
 „ audiendi eum liberasse sermone plurimo-
 „ rum ad me delatum est. Est vero illud
 „ ejusmodi : jubet is balneator surdastros
 „ mane balneum ingredi, ut venæ, quæ
 „ retro aures sunt sitæ, balnei calore tur-
 „ geant, eas postea ita turgentes secat, ac
 „ quantum videtur, educit sanguinis, evi-
 „ dente utilitate eorum, quibus gravitas
 „ auditus molesta est „. Observationi huic
 aliam C. PEZOLDI b) subjungo, quæ liqui-
 do ostendit, quantum a minoribus capitis
 venis apertis præ V.^{te} S.^e universali auxilii sit
 sperandum. Juveni 23 annor. ex aeris injuriis
 4^o quovis die post horrorem calenti, cum
 tussi, pungente lateris dextri dolore, ac
 sinistrae auris Baryecoa, cum nec antipleu-
 ritica iis temporibus usitata, nec venæ sectio
 brachii, auditum emendassent (tamen si cetera
 mala brevi istis profusque cesserint), quin
 imo ad alia etiam exhibita ille deterior
 quoque redderetur accedente auris strepitu

G 5

fa-

a) Vid. 1. SCHEENCK Obs.
 med. L. 1. fol. 177. edir.
 Francof.

b) Obs. med. Chir. sel.
 n. 91.

fanieique ex ea profluvio, nec plus præsidii in cathartico postea exhibito, a quo decies deiecit, fuisset, jamque aucto auris dolori horripilatio etiam se jungeret, preces PEZOLDO adhibuit æger, ut capitis verticem scarificari juberet, quandoquidem memoria teneret, suum patrem eadem olim passum sola verticis scarificatione & capitiluvio e melissa convaluisse. Annuic medicus, ac tusa prius pedis vena scarificatur vertex: quo factò desit statim cum strepitus auris tum dolor, auditusque die 3^o fuit melior, & postquam reversum strepitum cum tinnitu Liq. C. C. succ. cum R^u Bez. WED. fugasset, æger sanus discessit. Hujus utique loci etiam foret famosa illa quondam *sanguinis transfusio*, ni eventus infelices eam e remediorum numero exterminassent; quippe quæ ex agno in canem surdum facta auditum ei restituit a).

§. 27.

2. CATHARTICA alterum a sanguinis missione locum sibi vindicant, ac tantæ in cophosi (nisi ab inanitione sic) sunt utilitatis, ut nullo pene in casu negligi prudenter possint, ubi vicio humorum, vasorum-

a) A& Phil. Soc. Reg. Angl. A. 1660, Decemb. n. 2.

rumve auditus læsus est. Namque plethoram minuunt, stagnantia in motum cient, loco movent, humores a loco læso averunt, morbosum evacuant, spasmos pertinaces nova in primis viis irritatione facta solvunt, &c. Duo autem in exhibitione cathartorum tenenda sunt:

a) *Crebrior usus* illorum justis ex intervallis, id quod non sine insigni ægrorum fructu fit; etenim dum post sanguinem tractum, ac primas vias purgatas, infarctis vasis acusticis remedia stimulantia, resolventia, ac stases discutientia (ut postea videbimus) admoventur, obstruensque materia remedium similium vi ac vasorum ab iis stimulatorum actione incipit loco moveri, si cum cathartorum simul accesserit primis in viis stimulus, eo promptius celeriusque versus istum, relicto suo loco, properabit. Est, eratque dudum, isthæc medendi ratio veteranorum Practicorum velut arcanum quoddam strategema medicum, ut, quo tempore adnotis ad aures discutientibus ac resolventibus remediis materiam vasis acusticis impactam loco movere satagebant, eodem simul eam ad colatoria seu nativa seu arte facta stimulo excitato allicere conarentur. Sic F. HOFFMANNUS a) matronæ 60
annis

a) Med. rat. syst. T. 4. P. 4. C. 6. Obs. 1.

annis majori dextræ auris baryetioiam, sinistra vero cophosin ab aliquot mensibus, passæ auctor erat, ut per intervalla Rhei ℥j, cum Coffee ℥j. in aqua leniter coctam solutamque biberet, & frustulum allii alternatim cum essentia quadam acustica ex ess. Colocynthidis & Moschi parata bombaci ad aliquot guttulas infusa læsæ auri applicaret. Quorum remediorum usu laudabilem percepit effectum. Similem proflus curandi rationem P. FABER a) binis in surditatibus tenuit, nisi quod cathartica drastica præbuerit, surisque simul (quo efficacius materiam e vasis acusticis ad inferiora provocaret) cauteria potentialia applicauerit: unde ambo auditum recuperarunt.

b) *Drastica* eccoproticis, in vetusta præprimis affectione, præferenda sunt, momente I. H. SCHULZE b). Et vero quam efficax vel unicum validum purgans interdum sit, sequens F. HOFFMANNI c) observatio docet: vir provectæ ætatis, macer, ultra 16 annos aure dextra surdus, jamque levam etiam lædi sentiens, cum opem quæreret, præscriptasque pilulas,

(R.

a) Insign. curat. n. 50 & 51. c) l. c. obs. 7.

b) Diss. cit. §. 18. 19.

(R. Extr. Panchym. CROLLII

§ dulcis

‡ Cinnabaris

Aloes depur. ââ ʒß.

⊖ Succini

Troch. Alhand.

Res. Jalapp. ââ gr. xij. cum

Bals. Peruv. F. pil. e ʒj. n. xjv.

Omni hebdomade bis sumenda.)

quæ in plures hebdomades usurpandæ erant, prætervito præscriptionis tenore, universas obambulans intra breve tempus deglutiret, bihorio post colicam trucem, nauseas, crebrasque lipothymias experiri cœpit. Errore ægri cognito analeptica, ac pingua haurienda imperata sunt, unde quater alvus torminosa soluta. Postea dextrum capitis latus maxime circa aurem ingens spasticus dolorprehendit, quo deinde post abortum illa in aure instar bombardæ explosæ fragorem sopito auditus e vestigio in eadem pristinus vigebat, eademque omnia cum simili eventu lævo in latere contigerunt.

§. 28.

3. DIAPHORETICA. Ubi majora vasa universim per sanguinis missionem ac purgantia drastica ita depleta sunt, ut jam in

ea fluidum e minoribus quoque vasis copiosius commigrare debeat, spes est, ex ipsis etiam aculticis vasis infarctis humores in vasa majora trajecturos, sicque sublato infarctu auditum restitutum iri. Quod si autem vel ob lentorem humoris infercientis, vel atoniam vasculorum infarctorum, vel inertem natura sua hisce in locis humorum circulum id non succedat, remedia in usum vocanda sunt, quæ lentorem frangunt, vasculis dictis stimulum addunt, ac motum humorum in iisdem efficiunt vehementiorem. Huic scopo optime diaphoretica inserviunt, præsertim ubi materia obstruens ejus est indolis, ut per extrema vasorum perspirationi dicatorum oscula queat transprimi. Successum hujus medendi methodi experientia probavit, C. T. BIERLINGIUS a) rustico 62 annor. arthritidem vagam cum tanta surditate, jam duodenni, passo, ut campanarum sonum non senserit, datis diaphoreticis aliisque remediis auditum sinistrae auris subito restituit. I. L. APINI b) literatus plures annos difficilem auditum passus, varia (inter quæ etiam fonticuli) frustra expertus est, nisi quod identidem post fragorem, veluti membranæ cujusdam nunc hic

nunc

a) Thef. theor. pract. Obs. 34.
p. 1010.

b) Misc. nar. cur. dec. 3.
ann. 3. obs. 70.

nunc illic disruptæ, in aure perceptum liberius aliquo tempore audiebat: donec demum infuso Theæ in usum ducto, cui certis ex intervallis cathartica interponenda erant, adeo in melius profecit, ut submisse etiam loquentes prompte audiverit. Id unum in diaphoreticorum usu cavendum est, ne ante præmissam vasorum majorum depletionem plenis vel cachecticis corporibus exhibeantur; eo quod infarctum vasorum acusticorum his in casibus sint adauctura, quandoquidem etiam sanis hominibus auditum visa sint læsisse.

§. 29.

4. SIALAGOGA etiam restant. Si enim hætenus memoratis vacationibus nil effectum dignum obtentum est, ad topicas e vasis vel acusticis vel auri vicinis vacationes (velut in sanguinis missione factum) deveniendum erit. Atque hunc in finem sialagoga præ aliis se se probaverunt, cum extrinsecus adhibita, tum interius assumpta, quorum in censum veniunt

a) *Gargarismi, Collutoria*, ex diluentibus, resolventibus ac leniter irritantibus parata, quæ tepido suo vehiculo vasa acusticis proxima laxando, stimulo autem acri humores e vasibus acusticis infarctis in
 ist-

isthæc perliciendo feliciter quandoque obstructions tollunt: quid quod resorptus etiam horum remediorum vapor, nec non per tubam EUSTACHII se se in tympani cavum penetrans, vasisque acusticis admotus, directe in causam morbi agere queat? Unde non abs re „ nonnunquam gargarizandum „ esse „ monuit A. C. CELSUS *a)*, nec minus apposite ad id acetum scilliticum, ob virtutem resolventem, stimulantemque, MARCELLUS *b)* commendavit. Sed & alia quoque est gargarismatum & collutoriorum utilitas, dum nempe non suos modo vapores sed laticem ipsum in tubam acusticam sub gargarisationibus nixibus repetitis, indeque in cavum tympani, impellunt „ præsertim si, „ ut MORGAGNIUS *c)* ait, labris naribusque compressis illuc adigamus „. Etenim si quid ibidem extravasati, ut mucus, pus, sanguis, &c. quod auditum lædat, reperi- tum fuerit *d)*, dilutum hac ratione inde per tubam facilius evacuabitur. Utilia in præxi fuisse hæc remedia excitat HALLE- RUS *e)*.

b) *Ma-*

a) I. 6. C. 7. artic. 7.

b) De medicina p. 287.

c) Epist. anat. 7. n. 14.

d) Vide §. 10. n. 1.

e) I. c. T. 5. L. 15. S. 1.

§. 5. p. 286.

b) *Masticatoria* cum plerisque in rebus cum gargarismis convenient, tum præfertim istis antecellunt, quod e rebus acriori stimulo præditis (ut est pyrethrum, piper, zingiber, &c.) conflata, vasisque oris, ac tubæ acusticæ admota ingenti salivæ ac muci vi prolecta, non secus ac rubefacientia aut vesicantia, humores a vasis acusticis avertant, derivent, copiamque minuant, quod postremum ipsi etiam conatus masticationis promovent a). Quapropter haud immerito masticatoriis in auditus vitiis abolendis plurimum tribuere COITERUS b), DIEMERBROECKIUS c), EUSTACHIUS d), FABRICIUS e), MORGAGNI f), STAHLIUS g), aliique. Æger sane WEPFERI b) primum baryecoicæ insultum unico masticatorio profligavit.

c) *Fumorum medicatorum succio* binis antecedentibus si non præferenda, æquiparanda certe est. MORGAGNIUS i) ubi colutoria ac masticatoria utiliter adhiberi hocce in morbo ostendisset „ multo autem magis

Trnka Hist. Cophos. H „ (in-

a) BOERH. Instit. med. §. 65.

b) De audit. instrum. C. 11.

c) Anat. L. 3. C. 11.

d) De audit. organ.

e) De aure P. 3. C. 11.

f) l. c.

g) Diss. de excernicul. capit. C. 4.

b) Vide Histor. 4.

i) l. c.

„ (inquit) convenientium rerum fumus, si
 „ per eam fistulam, qua Nicotianæ herbæ
 „ fumus solet, in os proliciatur, ex ore
 „ autem in aurem ad eundem modum com-
 „ pellatur. Nam si suffumigium, quod &
 „ Cl. RIVINUS a) commemorat, PHILIP-
 „ PI SALMUTH naribus dumtaxat & ore
 „ exceptum undecim vermes ex aure ab-
 „ egit, quanto illuc magis perventurum
 „ credemus fumum medicamentorum, si ea,
 „ qua diximus, ratione urgeatur „? labris
 nimirum naribusque compressis; tunc enim
 fumus aeri permistus promptissime per tubam
 acusticam tympani cavum subiens particulas
 medicatas propius pluribusque cum vasis tum
 nervorum propaginibus applicabit. Quanta
 jam horum fumorum sit efficacitas, expe-
 rientia quoque monstravit. „ Præfektus qui-
 „ dam, narrat G. C. WINCLERUS b), la-
 „ borabat feбри continua maligna cum pleu-
 „ ritide spuria, quibus idoneis remediis sub-
 „ latis febris lenta cum totali auditus ab-
 „ olitione sequebatur, ita ut maximos cla-
 „ mores & penetrantissimos sonitus ne mini-
 „ ma quidem parte perciperet. Crisim
 „ hanc esse imperfectam sive metastasin ma-
 „ teriæ

a) Diss. de audit. vitis
n. 16.

b) Misc. nat. cur. dec.
1. ann. 6, obs. 110.

„ teriæ nullus dubitavi. Cum vero de ce-
 „ phalalgia & dolore aurium simul con-
 „ quereretur, abscessus futuros existimavi,
 „ & discutientia dolores mitigantibus addi-
 „ tis applicavi. Quibus quidem dolores
 „ evanere, sed surditas perseverabat cum
 „ febricula lenta. Corpus purgavi decenter
 „ alterantibus subsequenter; febris cessa-
 „ bat, omnia munia exequi potuit, sanus
 „ alioqui præter auditum. Focis applica-
 „ vimus, cucurbitulas dorso & brachiis
 „ affiximus, caput decoctis herbarum la-
 „ vimus, aurium cavitati aquam Anhalti-
 „ nam & alia discutientia indidimus, &
 „ sexcenta alia tentavimus, omnia sine le-
 „ vamine. Tandem *fumum tabaci* ordi-
 „ navimus, & cucurbitulas post aures affi-
 „ ximus, quibus tandem perfectæ sanitati
 „ restitutus est „ . Ex hac historia clare
 patet, quot & quanta remedia fuerint:
 fumo Nicotianæ inferiora.

d) *Mercurius* autem omnibus aliis
 sialagogis in surditate curanda palmam adeo
 præripit, ut M. ETTMÜLLERO a) *salvatio*
mercurialis visa fuerit esse „ extremum re-
 „ medium in auditus defectu, idque in ca-

H 2

„ su

a) Opp. T. 2. P. 1. Colleg. Pract. L. 2. S. 1. C. 1.
 art. 1. fol. 719.

„ su desperato, . . . sive in specie ex lue
 „ venerea oriatur, sive a causa interna alia,
 „ in specie vitio nervi acustici „ . Interea
 tamen nec suam nec aliorum hac in re ex-
 perientiam tenuisse videtur Cl. Vir; siqui-
 dem paulo post „ si ex obstructione (in-
 „ quit) vel simili causa oriatur malum,
 „ proficuus ejus usus *probabilis* est, ut ut
 „ nemini autor esse velim, ut huic mercu-
 „ riali medicamento se facile exponat „ .
 Hæc ille. Sed alii postea rem experimentis
 confirmarunt. Apud I. STORCHIUM a) juvenis 20 annis major post 13 ætatis an-
 num in anginam ulcerosam veneream inci-
 dit, per multos deinde annos sibi molestam
 adeo, ut uvula jam pene consumpta fauces
 ex toto fuerint ulceratæ cum externis in
 collo tumoribus, ulceribusque, ac perfecta
 cophosi, vocisque jam incipiente vitio.
 Ab his tamen malis eum ptyalismus mercu-
 rialis vindicavit. Perinde W. B. NEBE-
 LII b) opem imploravit vir ad 40 annos
 natus, qui post contractam aliquot annis
 ante gonorrhœam virulentam ab eo tempore
 palluit cum macie, doloribus rheumaticis
 & crebra adeo tussi, ut phthysicus censè-
 retur;

a) Obs. clinic. ann. 4. April.
 art. 4. §. 4. n. 2. p. 208.

b) Act. nat. cur. Vol. 9.
 obs. 118.

retur: cumque post multa incassum tentata, demum presentem gonorrhœam esset confessus, datus sub iusta diæta potuque decocti lignorum per 8 dies quotidie ℥^{ss} dulc. c. Rheo in pilul. redacti gr. jv. salivatio mitis oborta & continuato aliquot adhuc dies ℥^{ss} dulc. usû paululum promotâ, non gonorrhœam modo cum ceteris prius dictis malis, sed vicennalem quoque auris unius cophosin, quam immedicabilem ratus Medico ne memoravit quidem, prorsus sustulit. Pene ejusdem tenoris est casus a R. GORDONO a) litteris mandatus, nempe juvenis sanus valentique post toleratam anno ante, riteque ac prorsus soblatam mercurialibus, gonorrhœam, quin vel de minimo ab eo tempore malo quereretur, dum 7^a Septembris 1771 in mare balnei causa descendens (quod jam alias quoque eadem anni tempestate factitabat) caput sub aquis abdidisset, protinus adeo obsurdit, ut ab illa hora nec tympani sonum, nec intentius loquentes exaudiret. Aderat simul vehemens cephalalgia, sibilus aurium, oculorumque rigor: unde ocius nosocomio illatus. In auribus

H 3

nil

a) Medic. Commentar. von einer Gesellsch. der Aerzte zu Edinburgh 3 Th. 1 St. 2 Abschn. 3 Bemerk. p. 82.

nil erat conspicuum; quæstiones singulæ, ad quas respondere ei necëssum erat, literis exaratae ipsi exhiberi debebant. Omnibus adversus cophosim usitatis remediis ad trimestre necquidquam tentatis, tandem die 10^a Decembr. cura mercurialis adhibita. Mane diei 16^{ae}, post sextam unguenti \S^{iii} infriktionem, prima iterum vice tympani sonum, altioresque inelamationes sentire cœpit, eodemque mane primum efficacia mercurii in ore cœpit observari. Continuatis itaque litibus lenis ptyalismus confectus auditum pedetentim restituit, ægerque 4^a Februar. 1772 sanatus nosocomium reliquerat. Denique puero decenni, surdo mutoque, dum I. H. SCHULZE a) aurem charta molli specilli in modulum convoluta, poroque acustico indita, exploraret, videretque huic eductæ materiam ceruminosam fœtidam ac tenuem adhærentem, dato per plures dies blandissimo remedio \S^{ii} aperitivo-djapnoico cum quodam infuso auditus ita increfcere cœpit, ut etiam loquelæ condiscendæ spem dederit.

§. 30.

a) AŒ. nat. cur. Vol. 1. obs. 223. Schpl. p. 500.

§ 30

5. INEDIA denique, inter vasorum depletiones numeranda, non minus, ac aliæ quæcunque hæctenus allatæ vacationes, in curando auditu imminuto, si is a nimia nutrimenti copia, infarctum acusticorum vasorum efficiente, productus est, se se commendat. Rem observatio F. HOFFMANNI *a)* posteritate digna, quod unica sit, pulchre illustrat: „ Consiliarius aulicus quædam dragesium annum nondum ingressus, constitutionis, ut ex pleno corporis habitu floridaque facie apparebat, sanguineo-phlegmaticæ, ob majorem paulo ciborum appetentiam a dimidio anni pinguior factus ab eodem tempore obtusum & graviores animadvertit auditum, quem ætate præsertim pluvioso ita ingravescere conquerebatur, ut vix ullam vocem distincte satis percipere valeret. Multis quidem, sed frustraneo effectu, usus adminiculis, me tandem . . . consultit. Tum ego hancce auditus labem sine medicamentis me curaturum promittens, curam per inediam hoc modo instituendam suasi. Primo omnium purgato probe corpore, &

H 4

„ san-

a) l. c. obs. 4.

„ sanguine per V. S. evacuato, ab omni-
„ bus jusculis, pinguibus, ovis, piscibus,
„ carneque cocta abstinere jussi, & nihil
„ quotidie carnis præter eam, quam libra
„ dimidia ponderat, portionem assatæ cum
„ 20 aliquot passulis exacinatis & prunis
„ coctis admisi. Dein loco panis panem
„ bis coctum, & pro potu consueto de-
„ coctum chinæ graminis & sarsaparillæ bi-
„ bendum commendavi, quo itidem singu-
„ lis diebus mane ad aliquot patellas calide
„ hausto corpus ad blandum in lecto sudo-
„ rem componere deberet. Ut tandem vi-
„ ni potus sit modicus, motus instituat
„ frequentior, & vigiliis potius quam so-
„ mno... indulgeat, consului... Vix ipsum
„ huic severæ medicationis legi obtempe-
„ raturum credebam; at ille nihilo secius
„ parcæ victus rationem tam curate ob-
„ servavit, ut mihi... mirum plane vide-
„ retur, obesitatem ad ulnæ dimidium im-
„ minutam, pristinamque auditus integrita-
„ tem exinde redditam fuisse „ .

C A P U T II.

N E R V I N A.

§. 31.

Alterum remediorum adversus cophosin genus sunt *Nervina*, quæ 1) nervos vel inertes languentesque excitant, & roborant, vel turbis spasticis vexatos pacant; vel quæ 2) vasa atona seu ob laxitatem seu rigiditatem ad vividiorum contractionem extimulant; vel quæ denique 3) humores in vasis capillaribus ob lentorem hærentes potenter attenuant ac fundunt, circulationemque sic ubique præstant æquabilem.

§. 32.

Usum proinde horum remediorum *indicantia* sunt: 1) Atonia rigiditasve vasorum acusticorum. 2) Infarctus vasorum eorundem vel aliorum nervis aliis acusticos in consensum trahentibus accumbentium, præmissis, ut par erat, vacationibus nullatenus superandus vel minuendus. 3) Languor aut paralytis nervi acustici. 4) Spasmus quo-

tuncunque nervorum acusticum nervum in consensum trahentium.

§ 33.

Cum autem nervinorum varia sint genera, facile colligitur, quodnam eorum vel hoc vel illo, ex modo enumeratis, præsentè vicio sit usurpandum. Cumque plura sint, quæ opem ferre queant, quam ut operæ pretium sit nominatim singula in medium adferre, bina tantum non reticenda censui, ut quæ nec vulgata sint, nec difficulter parabilia, nimirum

I. *Cicuta*, qua semel atque iterum surditas nuper est superata. „ Vir 23 annor.
 „ surdus ingentes scirrhosas & fere lapideas
 „ parotides habuit, & glandulæ colli erant
 „ quoque scirrhosæ & adeo magnæ & pene-
 „ trantes versus interiora, ut respirationem
 „ fecerint laboriosam. Hunc solo extracto
 „ cicutæ & fomento ex eadem herba pa-
 „ rato optime restituit A. STÖRCK a). Et
 „ enim omnes tumores disparuerunt, & red-
 „ iit audicus, & respiratio erat sanorum
 „ similis, & homo antea emaciatus sub
 „ (usu) cicutæ recuperavit carnes & vi-
 „ res „ .

a) De Cicuta Libell. 2. Cap. 3. p. 231.

„ res „ . Pathologicam hic epierisin non est cur adjiciam, suapte enim cuivis est in potestate. Porro a) I. A. BRAMBILLA „ juvenem 14 annor. qui jam a 3 annis „ difficili auditu laboravit, & nunc per plu- „ res menses perfecte surdus fuit, curavit „ pilulis, quæ ex una parte extracti corti- „ cis Peruv. & ex binis partibus extracti „ cicutæ erant paratæ, ex consilio nostri „ Protomedici D. GRAFFENHUBER „ .

2. *Vinum*, si decubitus serosus in laxa vasa acustica contraxit morbum, huic discutiendo est admodum opportunum. Meraci sane vini usus surdastro WEPFERI b) benefecit, quemadmodum & seni 66 annor. L. SCHROECKII c) aure læva a 30 annis post laconici utrum surdo, & aliquot post annis in tantam dextræ etiam auris baryceojam prolapsa, ut non nisi altum inclamantes audiret; dum enim verno tempore denno laconicum e consuetudine, & quidem nunc vapore corticum arboreorum alteratum, ingressus fuisset, multumque inde excafactus ac debilis vinum ad 10 uncias cum pane saccharato intincto vires erigendi causa sumpsit.

a) Idem continuat. experim. Cap. 1. p. 267.

c) Misc. nat. cur. dec. 3, ann. 3. obs. 189.

b) Vide Hiltor. 4.

psisset, paulo post ex latere dextro circa regionem ossis ilii aliquid per corpus obliquo ductu usque ad aurem sinistram efferri senserat, factoque ibi explosionis sensu auditum recuperavit, cui subsequenter etiam diebus sensum dextræ auris liberior usus subsecutus fuerat. Bina hæc & id genus alia nervina cum interius assumpta magnopere profunt, tum præsertim

§. 34.

ACUSTICA, quæ extrinsecus nuchæ, occipiti, temporibus, post aures, auribusve ipsis applicantur, imo (quod usitatissimum) Poro acustico induntur, sæpe ad miraculum profuisse visa sunt, dum forma cerati, pulvis, turundæ, litus, stillarum, vaporis, &c. memoratis locis fuissent adhibita. Quoniam vero horum in selectu adhibendique ratione tirones non raro adhærescunt, rem me iis haud inutilem præstiturum arbitror, si quæ ab Auctoribus usu peritis efficaciora sunt reperta, eorum hic elenchum juxta ac historias ægrorum subjecero, unde non selectus modo, sed & adhibendi ratio, eventusque acusticorum uno velut obtutu peti queant. Sunt autem hæc simplicia alia, alia e pluribus istorum conflata: unde etiam forma, qua adhibentur, aliorum simplex est, alio-

aliorum compositionem requirit; vulgatiores autem modi sunt

I. *Vapores* ope infundibili in porum acusticum immittendi, quos spargunt

a) Δ *vivum accensum*. Δ inquit P. DIOSCORIDES a) „ gravitati aurium me-
 „ detur, per fistulam subeunte in aures va-
 „ pore ejus „ . Videtur autem ex illo jam
 tempore mansisse hoc remedium in usu,
 id quod e M. ETTMÜLLERI b) verbis col-
 ligitur: „ sunt (inquit ille), qui suffitum
 „ florum sulphuris singulariter commendant
 „ ad surditatem, scil. recipiunt infundibu-
 „ lum, & hoc immittunt carbonibus, qui-
 „ bus Δ vivum fuit injectum, & per fo-
 „ ramen fumum sulphuris, facie bene ob-
 „ velata, excipiunt in aurem „ . Remedi-
 hujus vim A. KIRCHERUS c) in se ipso
 feliciter est expertus, qui in litteris ad s.
 DENICHIUM Præsulem Almirensensem datis
 „ jam a mense (ait) ingenti auriculari
 „ catarrho ita divexatus fui, ut me fere ad
 „ omnia inhabilem reddiderit; obsuruisse
 „ videbar omnibus, nec quicquam medico
 „ pro-

a) De med. mat. L. 5. C. 78.

b) l. c.

c) In 2. SCHROECKII Schol. ad r. HELL-
 WIGII obs. phys. med. 58. p. 196.

„ proficiente, suis passim dari solitis alexi-
 „ teriis, DEI gratia tandem convalui a sur-
 „ ditate remedio mihi a DEO inspirato, &
 „ fuit sulphuris accensî vapor intra aures im-
 „ missus „ . Ejusdem cum isto profapix
 sunt vapores, quos præbent

b) *Thermæ sulphurææ*, quique ad
 auditum amissum recuperandum incredibilis
 sunt efficacix, de quibus ita PENOTUS a):
 „ nihil æquè conducit in surditate, etiam
 „ post centum remediorum usum, quam ut
 „ patiens, optime prius corpore mundato,
 „ & deinde capite purgato, sulphureis bal-
 „ neis caput madefaciat hoc modo: ex
 „ spongiis magnis confutis veluti cucupham
 „ ferat in capite, ad supercilia & infra
 „ aures descendentem; sedeat sub canali
 „ balneorum, & verso epitomio aquam ac-
 „ cipiat, quæ absorpta spongiis caput conti-
 „ nuo calore suo fovebit, atque omnes capitis
 „ futuras auriumque commissuras diducens
 „ atque aperiens vapores tollet, vel ma-
 „ teriam impactam nervis viisque auditoriis
 „ resolvet per halitum, aut adeo mutabit,
 „ ut brevi sit abitura. Bis in die ita sede-
 „ re eum convenit ad horas duas, ac dein-
 „ ceptis statim sudare in lælo, diætamque
 „ ad-

a) IN RIVIERI PRAX. MED. L. 3. C. 1.

„ adhibere tenuem ex succis & jure car-
 „ nium, vinoque, nisi oligophoro, plane
 „ abstinendum est „ . Enarrata usurpandi
 methodo observationes nonnullas adjicere
 juvat. WEPFERI *a)* surdaster in hujusmodi
 thermis spongiam aqua fervida imbutam,
 fortiterque expressam auribus admovit tanto
 cum levamine, ut integrum inde auditum
 sperarit rediturum. R. FONSECA *b)* refert
 Polonum prorsus surdum in thermis sulphu-
 reis Puteolanis vapore earum auribus exce-
 pto auditum recuperasse. G. FALLOPIUS *c)*
 de balneis agri Lucensis de Corsena dictis
 agens „ cum essem (inquit) penitus sur-
 „ dns, ex geminato stillicidio istius balnei
 „ accepto totum fere auditum recepi, ita
 „ ut ex octo v. g. ipsius amissi auditus par-
 „ tibus sex saltem receperim: & vidi etiam
 „ alios surdos ex usu istius balnei fuisse
 „ sanatos „ . Perinde G. HORSTIUS *d)*
 vires fontis Bollenensis in Ducatu Würtem-
 bergico describens de se ipso subdit: „ cum
 „ . . . per annum spatium diuturno & mo-
 „ lesto tinnitu aurium cum auditus difficul-

„ 12-

a) Vide Histor. 4.

b) Consult. med. 13.

c) Tract. de medicat. aquis
 Cap. 16.

d) Epist. med. I. 2.

Se&. 11. p. m.

600.

„ tate, & interdum lateris dextri cophosi
 „ laborassem, præcedenti æstate balneo fon-
 „ tis. . . & stillicidio ejusdem ad capitis
 „ verticem utens, ita DEI gratia molestiam
 „ istam expurgavi, ut huc usque per seme-
 „ stre nihil ulterius passus fuerim „ .

c) *Cæpa* sub cineribus cocta, cum butyro contusa, aurique admota, post V. S. vinique cephalici usum, juveni 21 ann. tinnitu ac surditate aliquali cum siti ac sternutatione crebra detento auditum fuisse restitutum I. de MURALTO a) memoriæ prodidit.

d) *Panis* cum sem. Carvi subactus & calens e furno per medium sectus, aurique admotus; vel panis ex farina vulgari factus, & cum sem. Carvi, bacc. Lauri, juniperi, & nuce moschata subactus, antequam coquatur, deinde post levem cocturam, dum adhuc calet, disruptus, & auri laboranti inpositus; vel panis, ordinarius ex clibano exemptus, ablataque inferiori crusta in ∇ immersus, & calide, quantum æger ferre potest, ad aurem applicitus a L. RIVERIO b) commendatur. Panem cum semine Carvi paratum, summum esse ad surditatem remedium eupo-

a) Misc. nat. cur. dec. 2.
 ann. 7, obs. 101.

b) l. c.

euporiston suo experimento comperit F. HOFFMANNUS a). „ Pane recenti, cui im-
 „ pitus pulvis ex fem. Coriand. Croco,
 „ Camphora, bacc. Lauri, . . . in obaudi-
 „ tione sæpe & feliciter usus „ est C. RAY-
 GERUS b). Comitem e fragore tormen-
 torum bellicorum surdum pane, cui bac-
 cæ Juniperi incoctæ erant, recens e fur-
 no educto, aurique mane adhibito ma-
 gnopere levavit H. REISNERUS c). Huc-
 ne etiam referendæ

e) *Fabæ coctæ?* M. I. WITTICHI-
 US d) velut certissimum surditatis reme-
 dium esse fabarum ad mollitiem coctarum
 vaporem ope infundibuli aure læsa per ali-
 quot dies exceptum affirmat. Apud F. C.
 PAULLINI e) „ Weistphalus in summa au-
 „ ditus gravitate, quam omnes pro surdi-
 „ tate habebant, perpurgato corpore. . .
 „ vaporem a coctis fabis auribus exceptum
 „ saluberrimum deprehendebat „ . Sed ni-
 mis quam jejuna est hæc observatio, ut ad
 indolem, modumque agendi remedii quidpiam
 ex ea concludi queat; paulo plus adjuncto-
 rum præbet sequens: meorum auditorum

Trnka Hist. Cophos.

I

unus

a) De præstant. remed. dome-
 stic. §. 7.
 b), l. c.

a) Obs. med. 54.
 d) Vade mecum p. 129.
 e) De nucæ moschat. l.
 6. §. 4.

anus 18 annos natus ante triennium aure
 dextra, citra ullam sibi compertam causam,
 obsurdit. Variis trimestri tempore necquid-
 quam tentatis remediis, tandem ubi ter in
 dies per $\frac{1}{4}$ horæ fabarum vaporem auri im-
 mittere cœpisset, tertio post die fragor in
 aure perceptus, materiæque ceruminosæ te-
 nuis effluxus, auditum pristinum reddide-
 runt. Alii fabarum farinæ prunis injectæ
 fumum eodem cum successu adhibuerunt. s.
 PAULI a) de fabis agens „singulare (in-
 „quit) & notatu dignum huc accersam,
 „sed plane empyricum. Servo mihi TA-
 „BERNÆMONTANUM, cui ad marginem
 „in historia *fabæ* hæc verba adscripta repe-
 „rio: *ich IOACH. STRIGELIUS habe*
 „*zu Pasewalck gesehen, dasz ein Zäbnen-*
 „*brecher einem tauben Weibe mit dem*
 „*Bonenmeel, welches er auf glüende*
 „*Koblen goß, und den Dampf, so das*
 „*Weib mußte in die Ohren empfangen,*
 „*geholfen, davon sie schleüning hörend*
 „*worden* „. C. RAYGERUS b) narrat fe-
 minam e febre acuta maligna adeo ob-
 surduisse „ ut nec ullis fomentationibus, nec
 „ pane recenti, cui impistus pulvis ex sem.

Co.

a) Quadripart. Botan. Cl. 2. nr. Bona. p. 87. sq.

b) Schol. ad P. SPINDE-
 LERI obs. med. 19.

„ coriand. croco, camphora, baccis lauri
 „ (quo alias in obauditione sæpe & feli-
 „ citer usus), nec alio quopiam revulsio-
 „ nis genere tolli potuerit. Tandem ad-
 „ hibuit illud empyricum, cujus S. PAUL-
 „ LI a) mentionem facit, & statim post
 „ unam vel alteram fumigationem remisit
 „ surditas illa pertinax. Tentavit in alia in
 „ 5^{um} mensem post talem infirmitatem
 „ surdastra optimo cum effectu „.

f) *Succini ac Sabinæ herbæ fumus.*
 CHALYBÆUS b) narrat puellam 14 annor.
 a frigore hyemali utraque aure usque adeo
 obsurduisse, ut fere nihil audiret. Plurimis
 incassum tentatis, postremo consilium da-
 tum, ut fumo ex herbæ sabinæ ac ♂²²
 Succini æquis partibus bis per diem caput
 lustraret. Quod cum diligenter præstitisset,
 auditum sensim pristinum recuperavit.

2. *Effluvia sicca a corporibus spiritu
 vel aromate volatili præditis, auri vel indi-
 tis vel admotis, exhalata, cujusmodi sunt
 in primis*

a) *Allium*, cujus usum ab HOFFMAN-
 NO matronæ commendatum superius c) vi-
 dimus,

I 2

dimus,

a) l. c.

Cl. 4. Art. 14. p.

b) *Annal. Wratisl. Tent.*

481.

18. A. 1726. Octobr.

c) Vide §. 27 a). •

dimus; etenim veteranus hic practicus „ ab
 „ alii frustulo auribus immisso, quod ple-
 „ beum & domesticum experimentum est,
 „ singularem sæpius fructum animadver-
 „ tit „ .

b) *Ambra*. ETTMÜLLERUS a) eam in senibus debilibus præsertim laudat, & Hamburgi cuidam auditum a veneno læsum ejus beneficio fuisse restitutum refert.

c) *Zibetum* perinde bombace obvolutum, aurique inditum surdo cuidam pastoris auditum reddidit b).

d) *Moschus*. Vidua P. FORESTI c) e prægresso diuturno morbo diu surda vetulæ consilio immisso in aurem moschi bombace obvoluti uno alterove grano præter spem convaleuit. „ Ego (subjungit FORESTUS)
 „ multos quidem, quibus auris sanie longo tempore maderet, curavi sola imposita bombace vel cottone, in quo moschus reservatur, quod & aurem exsiccaret, & simul surditatem tolleret „: id quod alias d) historiis confirmavit.

3. *Liquores auri vel instillati, vel operis alius corporis forma turundæ inditi, quales sunt*

a)

a) l. c. p. m. 736.

b) Ibidem.

c) l. c. obs. 15.

d) Ibidem obs. 7.

a) *Urinæ* brutorum ; varias hic varii commendant, M. PUKERUS a) ac M. RULANDUS b) leporinam, L. FISCHER c) & I. POPPIUS d) caninam, &c. TULPIUS e) narrat urinam leporis sapius auri calide instillatam auditum restituisse proxenetæ cuidam Amitelodamensi, qui eo surditatis jam devenerat, ut necesse foret palimpsesto (sive chartæ deletili) inscribere, si quid illi dicendum fuerat. Apud M. LYSERUM f) quoque juvenis ex ictu in sinistram tempus aure lævæ surdus instillata in eam bis terve a venatore leporis semper recens globo trajecti urina calida, ac per mediam horam intus (sub decubitu in aurem sanam) retenta, auditum recuperavit. Perinde F. C. PAULLINI g) juveni undetriginta annos nato, quinquennium graviter audienti, extracto esulæ prius purgato rusticus bis terve quotidie instillatis urinæ e cane nigerrimo adhuc calidæ aliquot guttulis auditum reparavit.

13

b)

a) Apud W. GABELKHOFFER. Cent. 1, curat. 60.

b) Pharmacop. nov. theca 25.

c) Corp. med. imperial. L. 1. tit. 19. p. 316.

d) Thef. med. L. 1. p. 123.

e) Obs. med. L. 4. C. 15.

f) Cult. anat. append. obs. 3.

g) l. c. S. 9. p. 272.

b) *Plantarum aromaticarum succi, spiritus, olea, &c.* P. FABER a) thymi & caryophyllorum essentiam suis in ægris cum fructu adhibuit. „ Surdastro post adhibita „ multa remedia *succus majoranæ* auri- „ bus instillatus amissum auditum restituit „ teste F. O. GREMBS b), & „ succo „ recens expresso *Rutæ* nuper quemdam a „ surditate liberavi „ inquit DOLÆUS c). *Agrimonia* quoque decoctum efficax vidit VERNEY d) in puero duodenni, qui veris autumnique initio aliquoties glandulas pori acutici adeo tumentes patiebatur, ut ambo parietes se contingerent: ad dolorem leniendum infundebatur auri oleum amygd. dulc. deinde adhibito decocto hordei & agrimonix, ubi per 3 vel 4 dies velut pus fluxisset, auris sanabatur.

c) *Custoreum* jam a veteribus usurpabatur, CELSUS e) illud cum aceto, oleo lauri, & succo radiculae corticis in aurem infundi iussit, quam miscelam impense laudat

a) Vide §. 27. 2).

b) *Arbor integr. & ruinos.*
hominis L. 2. C. 1. §.
11. n. 25. p. 194.

e) *Encyclop. chinur.*
L. 1. C. 15. §. 19.
p. 131.

d) L. c. §. 43.

e) L. 6. C. 7. tit. 7.

dat DON. ab ALTOMARI a). Hinc I. II. SCHULZE b) „ antiqua jam (ait) est castorei etiam ad hunc casum commendatio, quod aliqui in tenuem pulverem redactum pinguedine castorei subigunt, & liquefactum bombaci instillant, sicque in meatum auditus immittunt. Neque contemnenda est MR^a *acustica* FULLERI, cuius potissimam partem essentia castorei constituit „. Demique F. HOFFMANNUS c) „ quando (inquit) paralyticam affectionem auris unius aut utriusque comitatur vel sequitur audiendi gravitas, aliquot salis volat. purificati grana cum paulillo castorei mixta, auribusque indita, tonum & robur relaxatis partibus conciliando eximie opitulantur „.

d) *Liquores compositi* varii, ut aquæ, balsama &c. inter quæ præcipuum nomen habent

Aqua Anbaltina d), cujus gtt. ij. iij. ope gossipii auribus inditis A. THONERUS e) Ecclesiasten e metastasi febris continuæ, cum juvenem 14 annor. graviter audientes percuravit.

I 4

Aqua

a) De med. H. C. mal. C. 35.

b) Dis. cit. §. 22.

c) Med. rat. syst. I. 6. Epicr. ad observ. 1.

d) Vide Dispens. Pharm. Viennens. f. 3.

e) Obs. med. L. 2. p. 117. sq.

Aqua Theriacalis a), quam I. ZECHIAS *b)* quavis 8^{va} hora auri immittam in surditate inveterata felici cum successu expertus est.

Aqua acustica c), & simillimus ei *Vacusticus MYNSICHTI d)*, qui, ut Autor ait „ in gravi auditu & surditate nec „ non in tinnitu aurium etiam inveterato „ secretus est. Ullus ejus est, ut guttæ „ aliquot auri instillentur mane stomacho „ jejuno, & vesperi ante cœnam, & de „ inde bombace moschato auris obturetur „ .

Balsamum vitæ, quod I. H. SCHULZE *e)* frequenti experimento spectatissimum esse ait *f)*.

Balsamum MINDERERI g). TIMAEUS *h)* narrat virum IO annos aure dextra, postmodo sinistra etiam, surdum; post V. S. in brachio, usumque internum cephalicorum, & instillatam sinistrae auri unam alteramve balsami hujus guttam, eo ipso momento in aure dextra rupturæ cujusdam sensum percepisse, auditumque in illa e vestigio

a) Disp. Vienn. f. 22. sq.

b) Conf. med. 43.

c) Dispens. Vienn. f. 9.

d) Annam. med. chym. sect.

88. p. 278.

e) Dis. cit. l. c.

f) Dispens. Vienn. f. 36.

g) Ibid. f. 37.

h) Cas. medic. L. 1.

casu 32.

stigio recepisse; quod cum dextræ quoque instillatum fuisset, etiam sinistræ auri audi-
cus rediit.

Liquor acusticus PRÆVOTII a) e Caryophyllorum & Croci $\hat{a}\hat{a}$ $\text{ʒ} \text{ss}$ cum succo Cyclaminis exceptis conflatus, cujus gutta j. calide auri per vices inditur: BARTHO-
LINUS b) miscelam hanc cum ∇^a Rosar-
tritæ bombacis ope auri immittebat.

$\circ\circ$ *acusticum Ambratum c)* quan-
tarum virium sit, ea, e quibus conflatur,
abunde docent.

$\circ\circ$ *acusticum MERCATI d)*, quod
ipse usu probatum esse affirmat, nempe

R. $\circ\circ$ Amygd. d. $\text{ʒ} \text{iv}$.

∇^a vitæ $\text{ʒ} \text{ij}$.

Fol. Lauri concis. n^o vj. Bul-
liant in duplici vase ad aquæ consumptio-
nem, & expressi fortiter olei gtt. j. ante
somnia auri instilletur.

$\circ\circ$ Δ^m RULANDINUM, ex Te-
rebinth. claræ liquatæ $\text{ʒ} \text{ij. iij.}$ cum $\circ\circ$ Ro-
sar. $\text{ʒ} \text{ij.}$ mistis, & addito Δ Citrino li-
quato $\text{ʒ} \text{ij.}$ ad $\text{ʒ} \text{ss}$, bulliant usque ad rube-
dinem e). „ Quidam senator 76 annor.

I 5

„ in-

a) Secret. rem. p. 14.

b) Hist. anat. rar. Cent. 6.
Hüb. 77.

c) Disp. Vicen. l. 130.

d) Tom. 1. de intern.
morb. cur. L. 1. C. 24.

e) Vide M. RULANDI
Thes. med. p. m. 149.

„ inquit M. RULANDUS a), longo tempo-
 „ re sensu auditus adeo spoliatus, ut nihil
 „ eorum, quæ in senatu proponebantur,
 „ audiret, singulis 3 diebus mane usus ster-
 „ nutatorio nostro, dein, mundificatis prius
 „ auribus, ☉ Δ gtt. iij. inane ac vesperi
 „ imponens auditum intra dies 15 recu-
 „ peravit „ .

4. *Cerata, Litus &c.* HOLLERIUS b) de-
 speratis aliis auxiliis decoctum ligni sancti,
 & emplastrum DE VIGO toti cervici ac
 post aures applicitum singulare esse remedi-
 um asserit. P. HOECHSTETTER c) narrat
 adolescentem undeviginti annor. ictum ligni
 in occiput ab herq irato perpeffum corruisse,
 convulsamque fuisse: inde in 5 menses mu-
 tum surdumque mansisse, donec ope empla-
 stri (e Cerato de Betonica 3 ℥, Gummi
 Tacamahacæ 3 vj, ☉ Majoranæ q. s. ad
 malaxat. confecti) occipiti raso admoti,
 postquam 8 dies illud gestasset, noctu &
 vocem & auditum subito recûperasset. V.
 RIEDLINUS d) meminit viduæ ad 50 an-
 nos natæ, quæ catarrhum ad nares forti
 cre-

a) Cur. empyr. Cent. v.
 cur. 55.

b) In GALEN. de comp. med.
 p. 730.

c) Obs. Med. dec. 9. ca-
 su 4.

d) Lin. med. ann. 5.
 Febr. 16. p. 139.

crebraque narium emunctione, levamen initio adferente, profligatura adeo inde obaudiit, vix ut loquentes audiret. Malum hoc ubi frustra potu Theæ a) oppugnasset, tandem balsamo Lavendulæ sæpius post aures illito intra paucos dies auditum recepit. Huc etiam pertinet, quod C. F. DANIEL b) memoriæ prodidit de virgine 36 annor. a morbo acuto per 18 annos surda mutaque, quæ innumeris remediis incassum usurpatis demum post sexies applicitum sub noctem semper ad tempora topicum e Zingib. & Θ commun. àà cochl. j. theato, cum pulpa pomi assati subactis, auditum primum, tum oborto vomitu loquelam quoque adepta est. Eiusdem commatis est, quod I. H. SCHULZE c) de studioso graviter audiente refert, qui Medicum suadentem, ut balsamum vitæ HOFFM. ope gossypii auri inderet, perperam intelligens, illud post aures applicat; unde pustula ibidem instar vari enata baryecoiam sustulit.

§. 35.

Acriora etiam, si hætenus memorata minus efficaciam exerant, a quibusdam feliciter cum

a) Vide §. 28.

b) Beytrage zur med. Gelehrsamk. 2 Th. 4 Abth. §. 47. p. 120. sqq.

c) Diss. de inexp. medic. cæctu §. 16.

cum successu tentata sunt, modo simplicia modo composita, cujusmodi sunt succi, turundæ, &c. e Bryonia, Cyclamine, Helleboro, &c præsertim si cum acusticis prius enumeratis simul adhibeantur. Quod remediorum genus an recte F. HOFFMANNUS a) haud nisi tunc indicari affirmet, ubi hydropica myringis crassities adest, judicent alii. Potenter utique itales humorum discutunt, languidosque nervos rodente sua acrimonia vellicando officii admonent, ac forte humores a vasis infarctis ad locum irritatum avertunt. Unde haud immeritam ferunt laudem

1. *Sempervivi majoris succus* e foliis contusis, cujus una alterave gutta auribus per 3. 4ve dies instillata mercenarius 26 annor. se a baryecoa cum sonitu aurium citra manifestam causam sensim enata, liberavit, postquam frustra prius bis infusum Jalappe, V. S. dorſique scarificationem adhibuisset teste BINNINGERO b).

2. *Cucumeris agrestis succus*, quem CELSUS c) cum contritis fol. Rosæ auri infundi jubet.

3. Puls

a) Diss. cit. §. 27.

c) l. c.

b) Obs. & cur. med. Cent. 5.

obl. 51.

3. *Puls A. TRALLIANI a)*, ex Veratri nigri ac testiculi fibrini àâ pondo denarii j. acetique s. q. confecta, quam auribus inditam præsentis remedio esse ait.

4. *Turunda H. CAPIVACCII b)*, nimirum

℞. Colocynth.

Veratri alb. àâ ʒj.

Euphorbiæ ʒß.

Mellis vel succi raphan. aut cæpar. q. s. m. f. turunda per aliquot dies in aure detinenda.

5. *Essentia Acustica Brunsvicensis*
 „ specificum singulare ad auditum Fractici
 „ cujusdam Brunsvicensis, qua cum successu sæ-
 „ pius usus est „ inquit ETTMÜLLERUS c),
 „ cujus formula est:

℞. Rad. Helleb. nigr. ʒß.

— Calam. arom. ʒij.

Pulp. Colocynth. ʒj.

Bacc. Laur. excort. sel. ʒj.

Sem. Cumini ʒij. ad ʒijß.

℥ ʒjv. Incisa & contusa stent in infuso per aliquot dies in vase vitreo obturato bene, postea colentur cum expressione & filtrentur: cujus essentia aliquot guttæ sin-
 gu-

a) Paraphr. L. 1, C. 33.

b) Med. pr. L. 1, C. 30.

c) l. c. p. 737.

gulis 8 horis auribus instillandæ, vel cum bombace meatui auditorio applicandæ sunt. Sicque curavit surditatem inveteratam.

§. 36.

Anodyna quoque acustica non infimi sunt hic usus, dum auri infusa, vel vicinis locis illita, dolores ac spasmos vasorum musculorumve acusticorum (queis præsentibus haud raro auditus læditur) mitigandæ morbum solvunt. Hunc autem in finem vulgo adhiberi solent axungię aut olea blanda, præsertim queis lenissimum stimulum simul vel natura indidit vel ara admixtione conciliavit; cujusmodi sunt

1. *Butyrum majale*. I. G. GRÜBELIUS a) refert patrem suum magno natu diu baryecoa detentum, ubi insulsam butyrum majale quotidie vertici temporibusque intravit, adeo inde profecisse, ut octogenario major integro auditu frueretur.

2. *Oleum ovorum*, quo Iudæus dolentem cophosin LANZONO b) teste intra mensem sustulit.

3. Ole-

a) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 5. obs. 146. n. 4. p. 104.

b) Act. nat. cur. Vol. 1. obs. 40.

3. *Oleum amygd. amararum*, quo V. RIEDLINI a) mercator a validissima in in aurem Inclamatione aliquot mensibus graviter audiens in aurem immisso non multo post auditum recuperavit.

4. *Oleum murinum*. Apud P. FORESTUM b) „ mulier quædam oleo murino „ (mures enim recenter natos sine pilis „ macerabat oleo) utebatur cum miraculo „ ad aurium surditatem „. Cui remedium isthoc plebejam credulitatem sapere forte videbitur, quam virosum factorem mures, ubi hospitantur, spargant, non fuerit expertus; & quid inter castorei murinumque oleum infusum intersit, cur prius nervinum sit, posterius haud perinde, si roges, quid effatu dignum audias? Hæc de acusticis: plura requirenti DIGBÆUS c), ETTMÜLLER d), GRÜLINGIUS e), IOEL f), PLATERUS g), RIVERIUS h), & quos I. G. WALTHER i), collegit, aliique k) erunt adeundi. Sed

§. 37.

a) Curat. med. millenar. n. 856.

b) l. c. obs. 15.

c) Medic. experim. P. 1. p. m. 94.

d) l. c. p. 736. sqq.

e) Med. pr. L. 1. P. 1. C. 1.

f) T. 2. L. 2. S. 2.

g) Obs. L. 1.

h) Prax. med. I. c.

i) Silva medica titt. auditus gravis.

k) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 6. app. p. 74.

§. 37.

Cautelæ acusticorum, sine quibus ista cave tetigeris, dicendæ supersunt. Monuit A. HALLERUS *a)*, monuit F. HOFFMANNUS *b)*, compluresque alii caute iis manus esse injiciendas; cum enim tam multifariæ causæ, ipseque singularum etiam varius agendi modus difficulter ut plurimum detegendus, in causa sint, quod vitii modus ignoretur, tum vel maxime oculorum aciei subductam pene universum auditus organum facit, ut plerumque nec vitii in illo genus, nec in tot partibus hujus sedes, detegi, nisi per conjecturam (infidam semper diagnoseos normam) queat. Eapropter magnopere etiam cavendum erit, ne acustica hæc remedia in tanta vitiorum, quæ adesse intra organum possunt, partiumque iis obnoxiarum, varietate ipsa quoque varia, ne inquam empirica temeritate sine discrimine usurpentur. Etenim tamen anodyna oleosa utilia sunt in dolore, spasmo, rigiditate partium acusticarum *c)*; si tamen, ubi istas laxitas, atonia, paralyxis, &c. inertes red-
di-

a) Disp. ad morb. hist. & cur. fac. T. 7. p. 27.

b) Med. rat. syst. I. c. cautel. §. 1.

c) Vide §. 16.

didit, illa auri infuderis, non oleum modo sed auditum etiam perdidisti, ut recte notavit HOFFMANNUS a). Perinde magnæ sunt energiæ nervina olea volatilia, vaporesque varii, si recte iis utaris; sin minus, plus detrimenti adfers, ut BARTHOLINI pastor b) est expertus. Quamobrem rite memoria tenendi erunt, quos D. SENNETUS c) aliique Practici inculcant, sequentes canones acusticorum usum illustrantes:

1° *Vacuationes* universi corporis (puta V. S. cathartica) acusticorum applicationi semper (ni contraindicentur) sunt pro re nata præmittendæ primum, dein vero ex intervallis interponendæ; iis enim non præmissis facile evenire potest, ut in corpore succis abundante ad stimulum acusticorum auri admotorum humores copiosius affluentes vasa acustica magis inferciant, otalgiamque pessimam inducant, quod probe evacuato prius corpore haud erat eventurum. Interponere vero, vacuantia proficuum est, ut superius d) jam innui, ad celeriolem morbi solutionem procurandam.

Trnka Hist. Cophos. K

2° *Acu-*

a) Dis. de errorib. vulg. circa
• usum topicor. §. 11. 12. 13.

c) Eras. L. 1. P. 1. S. 3.
: G. 7.

b) Vide §. 9. n. 1. b) c)

d) Vide §. 27. a) c)

2° *Acusticis abstinendum* erit, quamdiu vitii localis genus sedesque ignoratur; secus fieri posset, ut acustica talia adhibeantur, quæ morbi causam auferent potius, quam imminuerent, ut si barycoiæ a laxa myringæ ortæ olea pressa applicarentur.

3° *Acustica* ipsa convenientia etiam circumspectam agendi in applicatione rationem poscunt, scilicet.

a) *Tepida*, non fervida nec gelida sunt. Fervidis enim vasa crispantur, & otalgia induci potest.

b) *Guttæ* ij. iij. liquoris instillandi pro una vice sufficiunt, si ille generosioris est indolis; simulque

c) *Acriora* gossypio probe obvolvenda sunt, ne dolores creent, in aure ad insaniam sæpe furentes, velut matronæ apud V. RIEDLINUM a) ex improvida succini immisione accidit.

d) *Obruranda auris læsa*, & in sanam aurem aliquamdiu decumbendum.

e) *Balnei sub usu acustica felicissime applicari* F. HOFFMANNUS b) senior affirmat „relatum (inquiens) mihi est pro „comperto, cuidam surditate laboranti con- „ fili-

a) Lin. med. ann. 5. Mart. 19. p. 277.

b) De meth. med. L. 1. C. 19. p. 299.

„ filium datum fuisse, ut præmissis univer-
 „ salibus intraret balneum (adhibita stu-
 „ pha vel labro umbilico tenus) non ni-
 „ mis calidum, ut partes calefierent, & san-
 „ guis fluidior redderetur; paulo post im-
 „ mitteret cum gossypio gutt. 2 vel 3 aquæ
 „ apoplecticæ in aurem lateris affecti: ac-
 „ que sic laborantem extemplo sanatum
 „ fuisse; referebatur simul ægrum sensisse,
 „ quasi aliquid in aure decidisset. Et certe
 „ hanc experientiam multoties veram fuisse
 „ testor „ .

f) *Purganda auris* suadente D. SEN-
 NERTO a) ante quamlibet novi acustici in-
 porem acusticum immisionem: idcirco etiam
 idem hic Auctor dissuadet

g) *Unctuosa quæque acustica*, quod
 ab iis auris difficillime purgari queat.

C A P U T III.

U L C E R A A R T E F A C T A.

§. 38.

Quæ binis hæctenus præmissis capitibus in
 medium allata sunt pro imminuto auditu re-

parando adminicula, universim ad vasa acustica infarcta deplenda, languentesque nervos excitandos pertinebant; sed mitioris indolis cum pene omnia sint, si his morbus resistat pertinaciter, valentiora expedienda admovendaque erunt præsidia, cujusmodi sunt caustica, ferrum, ignis. Horum ope in propinquo auri ulcera arte fiunt, ut eorum ad loca humores acustica vasa petitori avertantur, quique iidem ante jam impacti erant, sensim inde versus ulcerata vasa deriventur. Hinc

§. 39.

I. CANTHARIDES auri cum oleo blando instillatæ, aut forma emplastri post aures vel nuchæ applicatæ toties gravem auditum ac surditatem profligarunt. „ In Galliis, „ HOFFMANNO a) teste, inter arcana re- „ feruntur olea expressa, & in iis infusæ „ cantharides, cujus liquoris aliquot guttu- „ læ auribus instillantur. Excitant quidem „ sævissimos & tantos cum ardore dolores, „ qui vix tolerari queunt; sed intra paucas „ horas ea tormenta, cum redeunte sæpius „ auditu, remittunt „ . Liceat hac occa- sione in diversam ab infarctu vasorum surdi-

di-

a) Med. rat. syst. I. c. curat. §. 4.

ditatis causam ejusque tollendæ conjecturam paucis excurrere, quandoquidem opportunior eam in rem locus non luppedit. Videlicet sæpenumero mecum ego reputabam, detegine secura quædam medendi methodus posset, qua pseudomembrana illa myringis, de qua superius a) actum est, aboleri queat: namque „ si talis membrana non decidat, „ inquit VALSALVA b), imò firmior evadat, surditatis a nativitate species inducitur; quam quidem (subjungit) difficulter, sed tamen, si in rebus chirurgicis & anatomicis præcipue fueris versatus, sanare poteris „ . Utinam autem VALSALVA artem id perficiendi ad posteros dedisset! Quapropter animum in omnia versanti cum plura occurrerent, tum illud præprimis in mentem venit, num efficacia vesificantis ac vel maxime hujus ejusdem oleosi infusi cantharidum id obtineri non posset? spes etenim est, ut pseudomembrana illa una cum subjecta cuticula (quæ extimam myringis lamellam efficit) in vesicam elevata postea in integrum secedat. Ceterum quocumque in casu Gallici hujus remedii usus faciendus est, non nisi postremo omnium loco,

K 3

ubi

a) Vide §. 9. n. 1. d).

b) Tra&. de aure hum.
Cap. 1. §. 11. p. 10. sq.

ubi alia nil proficiunt, experiendus erit, pertentandaque ante vulgaria vesicantia sunt, quippe quæ & periculi & doloris minus secum ferant, utrinque post aures ac nuchæ, vel huic tantummodo aut unam post aurem, applicata, præsertim cum egregium eorum effectum in surditate tum catarrhali, tum quæ post febres superesse solet, experientia commendet. D. MÓNRO *a)* de febre remittente autumno epidemica agens „surditas (inquit) tamen si in hac non usque adeo, quemadmodum in maligna febre, frequens fuerit, boni ominis multo potius fuit, ac ut plurimum sponte desit; quamvis paucis in casibus, ubi diuturnior evasit, vesicantia retro aures aut nuchæ fuerint applicata „ . Hocce febrile surditatis genus pulchra medendi methodo oppugnare est solitus L. B. de STÖRCK *b)* „ ex acuta convalescentes (ait ille) fere omnes surdastri fuerunt; verum sola natura & diæta resciente plerique curati sunt. Quibus autem hæc auditus gravitas restituta sufficienter viribus permansit, iis vesicans nuchæ est appositum, atque dum hoc cœ-

„ pit

a) Beschreib. der Krankheiten in den Britisch. Feld Lazarethen, p. m. 141.

b) Ann. med. 1. Jul. p. 7.

„ pit dolorem excitare, datum est ægro
 „ purgans, ut eodem tempore per hæc bina
 „ remedia revulsio a capite fieret, quo fa-
 „ cto omnibus, quos novi, auditus red-
 „ iit „. Eandem hanc methodum ado-
 „ ptaſſe videtur C. H. SCHOBELT *a*), etſi di-
 „ ſerte non ſcripſerit, qui imminutum poſt
 febrē epidemicam auditum datis interius
 catharticiſ & alexipharmacis camphoratiſ,
 extrinſecus vero adhibitiſ veſicantibus ac fa-
 libus volatilibus, cum in aliis compluribus
 tum præfertim in juvene 12 annor. nonniſi
 ſummos clamores aliquatenus perſentiſcente
 intra 14 dies in integrum reſtulit. Interea
 prætervidenda non eſt cautela, veſicantium ulce-
 ra, ubi ſurditas eſt contumacior ac diutur-
 nior, aliquo tempore eſſe in fluxu tenenda,
 id quod non ſine utilitate fieri docuit conſi-
 lium T. THOMPSONI *b*) ſalutare, nimirum
 matronæ quinquagenariæ, plethoricæ, ca-
 tarri ſymptomatiſ (puta vehementi coryzæ
 alias, alias levi fugacique odontalgiz) iden-
 tidem obnoxiz cum ante 4 annos catamenia
 ſubſiſſent, exacto inde per ſecundam va-
 letudinem triennio auris primum læva tum

K 4

lapſo

a) Beſchreib. der Epidem. in
 der Alt-Mark. S. 96.

b) Samml. auſerl. Abhandl.
 zum Gebrauch prakt.
 Aerzte 3 B. 1 St. p.
 115. ſqq.

lapso bimestri etiam dextra obsurduit, citra ullam aliam manifestam causam, nisi quod loco humido degeret. Quoniam morbus THOMPSONO catarrhalis profapiæ esse visus est, suavit, ut primum V. S. fieret plethoræ minuendæ causa, postea Ypecacuanha ad glandulas in & circum œsophagum infarctas deplendas præberetur, tum catharticum subjungeretur semel atque iterum repetendum, cujus usui vel præmitti vel jungi iussit ℥ dulc. aliquot grana; ac denique magnopere auctor erat, ut vesicantia tum nuchæ tum utrinque retro aures applicarentur, ac si non illico levamen inde sequeretur, aliquamdiu in fluxu tenerentur, simulque nonnunquam instillarentur in aurem gtt. j. ij. MR^æ ex æquis partibus ∇^æ Reg. Hung. & ℞ Lavend. comp. conflatæ. Quæ cum ea, qua par erat, diligentia perfecta essent, ac vesicantium fluxus ad quartum decimum diem processisset, matrona primum in una tum in altera quoque aure pristinum recuperavit auditum. Quod si ægrotus vesicantium usum reformidaret, ei horum in locum commendari potest

§. 40.

2. THYMELÆÆ cortex methodo D. LE ROY a) brachiis gestandus, cujus modus cautelæque ex eodem peti possunt, quandoquidem prolixior medicamento hujus ritæ administrandi doctrina est, quam ut eam libelli mei limites admittant: bina solummodo huc ejus exempla traducam, queis, quanta hujus remedii sit in surditate expugnanda facultas, elucescat. Juvenis catarrhis obnoxius obsurdit: applicatus Thymelææ cortex trium hebdomadam spatio eatenus malum emendavit, ut æger ulterius illius ope se haud egere ratus eum amoverit, integrum procul dubio auditum recuperaturus, si diutius eum gestare non recusasset b). Perinde matrona e puerperio in 6 annos surda post omnia quæque incassum adhibita tandem usu octimestri corticis Thymelææ externo penitus convaluit c). Verum utroque hoc cum vegetabili, tum animali (§. præc.), caustico majoris adversus cophosum sunt energiæ

K 5

§. 41.

a) Versuch über den Gebr. u. Wirkung. der Seidelbastzinde.

b) Ibidem. §. 21. p. 111.

c) Ibidem p. 112.

§. 41.

3. FONTICULI ac SETACEUM. Docuit hæc mortales casus. I. B. LAMZWEERDE *a)* narrat pecorum præfecto a teneris surdo mutoque os occipitis ictu fustis in complura fragmenta divisum fuisse non sine futuro commodo; namque sub curationis finem sensum auditum, ejusque ope loquendi facultatem est consecutus. Porro meminit C. SCHROETERUS *b)* juvenis sutoris, qui e febre maligna cum delirio in aphoniam cophosinque incidit per $2\frac{1}{4}$ ann. durantem, ad omnia rebellem. Tandem a rixantibus verberatus, humi stratus, capite aliquoties valide in pavementum illiso, absque notabili tamen ejus vulnere, domum redux post aliquot dies, ubi tumor ac sugillatio capitis disparuere, tormina ventris, doloremque jam syncipitis jam occipitis cum perpetuo aurium sibilo patiebatur; II^{mo} autem a verberibus die summo mane & loquelam & auditum momento recepit. Hos naturæ ductus ars imitata est. Matriona apud RIEDLINUM *c)* surdastra, ut clamores vix per-

ci-

a) Append. 2, ad I. SCULTETI
armam. chir. obs. 19. p.
m. 608.

b) Misc. nat. cur. dec. 3.
ana. 5. obs. 235.

c) Cur. med. millen. n.
113.

ciperet, suafu alius aures pro inauribus gestandis perforari iussit, quorum fonticulorum ope auditus rediit. M. ETTMÜLLER a) „ ex „ fonticulo, brachio in regione auris affe- „ ctæ inusto surditatem diuturnam cum ner- „ vosarum partium morbis. . . insigniter le- „ vari observavit „ . Perinde „ surdaster „ cauterium ex O. BORRICHII b) consilio „ jam diu in occipite circumferebat non „ pœnitendo successu; qui enim antea sub- „ inde parum, aliquando ne quidem tor- „ menti bellici explosi impetum, audire pot- „ erat, nisi ore admodum hianse & sparso, „ post menstruum ejus usum paulo distinctius „ percipiebat sonos, tandem additis subin- „ de, quæ in rem erant, pharmacis ple- „ num aurium fructum consecutus „ . In pluribus etiam aliis se id feliciter expertum fuisse testatur BORRICHIVS, meminitque alterius „ qui per intervalla fere surdus, & „ domi suæ clamantem uxorem ægre au- „ diens, sed in itinere flante acrius vento „ aurium percipiens usum, cum in nullis „ pharmacis, quæ Practici hæctenus literis „ consignerunt, invenisset auxilium, evi- „ dentissimum a simili cauterio solatium re- „ „ ce-

a) l. c. p. 738.

b) A&A. med. Hafniens.
Vol. 5. obs. 77.

„ cepit „ . Cum autem non ignotum sit, a premature confanatis id genus ulceribus morbos pristinos postliminio reverti, cavendum summa ope est, ne hæc ulcera seu arte seu sponte coeant. RIEDLINI *a)* surdastra altos etiam clamores vix ac ne vix quidem audiens post nucham setaceo trajectam sub ulceris fluxu auditu gavisus est; ut primum autem istud confanatum est, auditu denuo privata est. Huc quoque pertinet casus ab A. M. EGGERDES *b)* notatus de moniali 82 annor. surda cœcaque, quæ fortuito in caveam prolapsa capite ad lapides valide alliso, & 5 vulneribus in eo factis, profuso multo sanguine, illico auditum recepit. Sed curata cranii læsione rediit surditas.

C A P U T I V.

SUCCUSSIONES CORPORIS.

§. 42.

Ultimi denique arietes nervis aut oppressis aut nimium languentibus, humorumque lento-

a) Lin. med. ann. 4. Septem. 23. p. 796.

b) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 6. obs. 204.

torum vasa acustica inferientium statibus in motum ciendis admovendi, si omnia alia hæcenus memorata nihil effatu dignum præstiterit, supersunt, videlicet validi ac repetiti vel universi corporis vel solummodo superiorum partium succussus, queis haud raro, ubi alia quæque inutiliter tentata sunt, surditas inveterata, imo connata etiam, victas dedit manus. Quæ autem vehementer corporis vasa nervosque succutiunt, præ primis partium superiorum, sunt

§. 43.

I. PTARMICA. De his quidem si theoriam consulas, metum ea incutiet, manusque ab illis arcebit, ne, ut in exemplis alibi *a)* vidimus, augeant multo potius morbum (quippe quem absentem etiam concilient), quam imminuant; quod ipsum MORGAGNIUS *b)* forte secum reputans „sternutatoria „ (inquit), utpote violentiora medicamenta, non nisi caute & frustra adhibitis mitioribus, in usum trahenda esse censeo ad „ intimam aurem expurgandam „. Verum enim vero si fidam naturam ducem contueare,

a) Vide §. 5. A. n. 1.

b) Epist. anat. 7. n. 14.

tuere, metum eximet. Refert F. E. BRÜCKMANNUS a) mercatorem 59 annor. in itinere sub pluvia autumnali in baryecoiam incidisse, per $\frac{3}{4}$ anni nullo remedio expugnabilem, donec ad obortam ponderis cujusdam in aure interna delapsi perceptionem sponte auditus fuisset reversus; qui tamen circ. biennio lapsa rursus, ut ante, & difficilis evasit, & ad remedia quæque contumax, usque dum Lipsiam profectus in itinere 50 vicibus continenter ac vehementer sternutasset, tumque e vestigio pristinus ei auditus rediit. Eadem ratione RIEDLINI b) ille suspectus puer surdus auditum sternutando recuperavit. Idcirco cum ea sit semper Medicorum circumspectorum industria, ut salutarem naturæ ductum sequantur, non abs re sagax ille prudensque longo usu empiricus M. RULANDUS c) in curatione cophoseos ceteris remediis sternutatoria, quæ humores simul a vasis acusticis ad nares irritatione sua avertunt, conjunxit.

§. 44.

a) Annal. Wratisl. Tent. 37.
A. 1726, Aug. Cl. 4. art.
10. §. 1. p. 200.

b) Vide §. 10. n. 1. sub
finem.

c) Vide §. 14. n. 3. d).

§. 44.

2. ELECTRICITAS, ex quo ad humani quoque corporis turbatam œconomiam emendandam traduci cœpit, non mediocrem in surditate amolienda virtutem exeruit; quandoquidem languorem nervorum, vasorum spasmos atoniamque, ac stases humorum dissipando, non hesternis modo, sed annosas, imo connatas etiam cophoses discussit. Et cum multa in vita humana eaque pulcherrima natura nobis fortuitos per casus præmonstrasset, neque in hocce surditatis remedio detegendo nos morata est. Namque Anno 1718 ad diem 10 August. sub gravissimo tonitruum mugitu bini in Anglia juvenes a nativitate surdi mutique auditum subito sunt adepti *a*). Seu hoc seu aliud simile naturæ ad sanandos morbos ostentum mortales presso pede ad machinam electricam secuti sunt. LE ROY *b*) Professore Argentoratensem electricitate ab surditate vindicavit. I. VERATTI *c*) feminam 70 annor. barycoia ab seroso vasorum infarctu

a) Annal. Wratisl. Tent. 3. A. 1718. Aug. Cl. 4. art. 16. §. 1. p. 1541.

b) Act. acad. sc. Paris. ad A. 1713.

c) Bonon. Sc. Instit. T. 9. p. 460.

farctu laborantem electrica materia auri applicata, inducto ibidem rubore persanavit. Optato quoque cum successu pluribus hoc remedium I. LINDHULT adhibuit. Vir 57 annor. e vulnere ad sinistrum supercilium 32 annis tam graviter audiit, ut nonnisi valide sibi in aurem inclamantes intelligeret, cui malo novissimo decennio gravissimus suffusus & continens fere odontalgia se simul junxere. Adhibita electricitas omnia hæc protinus abolevit *a*). Juveni 22 annor. tam gravem ante sexennium otalgiam passo, ut sanguinis guttæ ex auribus eruperint, insignis post illam superfuit baryecoa, quam electricitas ocyus ex integro discussit *b*). Alter undeviginti annos natus incidit in foramen perfractæ glaciei, unde post $\frac{1}{2}$ horam eductus, ac demum ad se rediens, ex illo tempore graviter audiit, usque dum electricitas malum emendasset *c*). Denique puella septennis a nativitate surda (ac proinde muta simul) electricitatis fructum usque adeo sensit, ut varios primum tonos, eosque semper distinctius, postea vero etiam altius loquentes perciperet, sicque loqui etiam

a) *Act. Svec.* (interpr. KARST-
NERO) Vol. 14. Tsim. 4.
act. 9. p. 218.

b) *Ibidem.*

c) *Ibidem.*

iam condisceret *a*). Perinde *b*) juvenis 23 annor. a teneris surdus ac mutus nutibus suæ aliis sensa indicabat, alienaque comparabat: his solertia pueritiæ accessit nonnullas alphabeti literas ex observato in aliis linguæ labiorumque motu condiscendi. Posteaquam vero nutibus electricitatem in comparando auditu utilem intellexisset, ad periculum ejus in se faciendum adjecit animum; quam ubi 14^{ta} Decembr. 1752 primum expertus est, sonos intensiores (ut tympani, tubæ, latratus, curruum strepentium, inclamationem in aurem) animadvertere cœpit: cumque continenti diligentia machinam accessisset, Januario infœquentis anni præter consuetudinem ad caniculi latratum celeriter se convertit. Februario machinæ electr. catenarumque e globo pendentium strepitum se percipere innuit. Martio sermones in lævâ aurem datos tam liquido jam exaudit, ut paulo post voces perceptas ipse quoque effingere occeperit, quamvis eas a tergo stantes in aurem pronunciarint, quo minus esset suspicio, illas e labiorum motu ab ipso observari. Dextra tamen aure hand perinde profecit. Porro *c*) adolescens octavum de-

Trnka Hist. Cophos. L cimum

a) Ibidem.

c) Ibid. p. 148. sq.

b) Ibid. Vol. 15, trim. 8. art.

S. S. 1. p. 148.

cimum annum haud dum egressus nec clamores nec aliud quidquam præter sonos subinde ab rebus vita carentibus excitatos observatus est auribus usurpare; unde & mutus mansit. Cumque anno 1750 etiam visum dextro oculo amisisset, anno 1752 e consilio TAYLORI utroque in pede V^{ae} S^e & arteriotome temporali facta, nec non applicato nuchæ vesicante, plus aliquid, sed ad certas tantum aeris constitutiones, audire cœpit: donec anno 1753 continua electricitatis applicatione eatenus auditum est consecutus, ut & fortius in aurem loquentes intelligeret, & loqui ipse disceret. Eundem successum electricitas in alio quoque adolescente 15 annor. ab infantia surdo ac muto habuit a). Præter hos binis quoque aliis, uni 15 alteri 13 annor. tota vita sordis electricitas auditum aliquatenus contulit b). Denique & matronam 60 annos natam electricitas a cophosi eatenus liberavit, ut eos, quibus assuevit commode intelligeret, quamvis non multo plus, quam alii, vocem intendant. Hæc aliquando vento vehementer flante domo egressa, ita sibi momento caput affici sensit, ut mortuæ instar procubuerit. Mox postea fortem susurrum ac die postero

CO-

a) Ibid. p. 143.

b) Ibid. p. 144.

cophosin experta non aliud audivit, quam sonum solummodo intense loquentium vel auri inclamantium *a*). Postea etiam G. F. HIORTBERG *b*), gentilem suum LINDHULTUM secutus, electricitatem in morbis tentavit, haud dispari eventu. Accessit eum femina 41 annor. aure sinistra e puerperio triennium surda, cui purgato prius poro acustico unicus lenis utramque per aurem electricus ictus collatus ita continuo auditum restituit, ut Cl. Virum ad 3. 4ve passus submisit loquentem intelligeret. Alia 52 annor. a febre intermittente diuturna 4 annis auditu sinistrae auris privata post bidui electrificationem quotidie ad 5. 6. vices administratam convaluit. Perinde puella 17 annor. ab incunabulis surdastra post aliquot electrificationes tam acute audivit, ut canentem eminus upopam (cujus vocem nunquam antea novit) persenserit. Postea *c*) binis baryecolam idem remedium prorsus discussit; binis aliis utraque aure surdis unius auris auditum revocavit; uni utramque aurem sanavit. Neque etiam minus prospera fuere

L 2

ten-

a) Ibidem.

b) Ibid. Vol. 27. trim. 1.

art. 4. p. 207. sqq.

c) Ibid. Vol. 30. trim. 1.
art. 10. p. 101.

tentamina electrica L. SPENGLERI *a)*: narrat is Theologum una aure cophosin altera baryecoiam passum post incassum tentata plurima tandem octavo decimo morbi anno ope electricitatis fuisse restitutum, nec non *b)* sexagenariam a 6 annis prorsus surdam irritis aliis eadem curatione auditum recuperasse, uti & puellam 20 annor. a 7^{mo} ætatis anno surdam post iteratas 3^o & 4^o die electricas succussiones a cophosi liberatam, quod idem matrona 65 annor. a semestri fere surda est experta *c)*. Tandem *d)* miles ante 9 annos e febre acuta gravissime audiens cum tanto post triennium auris strepitu accedente, ut dein post 22 menses nil audiret: ubi 3 annos sic exegit, in electricitate opem quæsit, qua tertium applicata tota facies tumuit, & a 6^o ad 9^{um} usque diem ingens aurium susurrus adfuit; at die 10 e somno expergefactus pristinum se auditum recepisse gavisus est. Atque ex his abunde patet, quanta sit electricitati cophosin tollendi facultas. Interea tamen sunt contumaces non raro cophoses, quæ omnem hujus remedii, etsi admodum efficacis, energiam

a) Briefe von Erfahr. der Electricit. in Krankh. 1 Brief, §. 2, p. 13.

b) Ibid. 2. Brief §. 2.

c) Ibid. 3 Brief §. penult. p. 34.

d) Ibid. §. ult.

am eludunt: nihil A. HALLERI a) viro graviter audienti electricitas totis 3 hebdomadis continenter ac varie administrata, nihil juveni A. HAENII b) a tenera infantia furdo 5. mensium intervallo diligenter adhibita solatii attulit, neque ZETZELLIUS c) quidquam in ea præsidii adversus cophosin connatam catarrhalem detegere potuit.

§. 45.

3. MOTUS muscularis succussivus eadem, quæ electricæ vires, interdum efficere est observatus. T. BARTHOLINUS d) narrat caudicum quemdam gravi auditu laborantem suavis alius frequenter in altum subsiliendo se a morbo vindicasse. Atque hujus reapse loci est celebris illa GIBBERTI rustici Hollandi apud C. STALP. VAN DER WIEL e) historia; qui ad 40 annos jam natus cophosi aphonique multatus, dum vice quadam terram foderet, medio in labore campanæ sonum audire cœpit, ab eoque tempore auditu gavisus est; ac 12 post annis loquelam quoque recuperavit.

L 3

CA-

a) Opusc. path. obs. 67.

b) Rat. med. P. 1. C. 8, ad fin. & P. 3, C. 6.

c) Journ. de medec. T. 3, Avril, art. 3.

d) Act. med. Hava. Vol. 3, obs. 126.

e) Obs. rar. med. Cent. 2, obs. 3.

CAPUT V.

CERUMEN LIQUANTIA.

§. 46.

Missis vasis, nervisque, ad quorum vitia emendanda in haecenus dictis remedia cum interna tum externa pertractata sunt, in præfenti illa dispicienda sunt, quorum ope cerumen duratum porum acusticum obturans fundi, loco moveri, evacuarique possit. Quam in finem variis varia in usu sunt, nimirum

§. 47.

I. MAGNES, quem ad liquandum cerumen induratum valere C. WEBER *a)* haud multis abhinc annis pronunciavit; etenim juveni post vehemens aliquot dierum capitis rheuma tantum in aure sinistra susurrum passus, ut nonnisi clamantes intelligeret, applicatus est magnes, qui etsi immotus tenebatur, tamen crepitus electricis similes, ab
ad-

a) Die Wirkung des künstl. Magnets in seltenen Augenfeulern, a Geschichte p. 19. (sub asterisco).

adstantibus etiam audiendos, per aliquot minuta excitavit: postea calidum sensit æger bullitum in aure. Educto demum magneti adhærebat ceruminis indurati gleba, auditu pristinæ integritati restituto. Quid magneti hac in re deferendum sit, forte futura tempora plus docebunt, nobis ob inopiam observationum omnis hæc magnetismi efficacia in medio est relinquenda.

§. 48.

2. ELECTRICITAS vero manifestiora suæ in cerumine fundendo facultatis præbuit indicia, id quod & ZETZELLIUS a), & HIORTBERG b) præsertim in puella novenni a sexennio surdastra est expertus, cui cum a meridie per ambas aures 3. 4ve succussiones fecisset, postero mane redeunti ex aure læva materiam copiosam cum sanguine, acumque orichalcinam varie curvatam, cui crassum adhærebat cerumen, eduxit: dextram vero aurem lutea materia plenam reperit, cum tamen præcedente die omnia in auribus dura fuissent. Sed meo judicio electricitate cerumen non tam fundi,

L 4

quam

a) l. c. ad §. 44.

b) l. c. Vol. 27. num. 8.
art 4.

quam promptius uberiusque potius secerni videtur, quod prius vasa secretoria inferciens audiendi facultatem interturbabat, ut proinde electricitatis efficacia haud ultra superius a) memorata capita proferenda esse videatur. Potiore ergo jure hic

§. 49.

3. MENSTRUA *ceruminis* expendere conveniet, quorum non exigua est farrago: ego probatiora ac fere simplicia tantummodo huc traducam, cujusmodi est aqua vel simplex vel sale quopiam acuata; namque I. HAYGARTH b) captis variis experimentis in cerumine variis menstruis solvendo deprehendit, efficacissimum ceruminis menstruum esse *Aquam puram tepidam*. Haud tamen propterea videntur rejiciendæ aquæ salibus acuatæ, præsertim si cerumen, ut alibi c) dictum, in calculosam induruit massam: atque hujusmodi in casibus forsitan se se præ aliis probarunt

I. *Aquæ minerales*. SAUVAGES d)
 „ duritiem ceruminis. . . gypseam & albe-
 „ scen-

a) S. 44.

b) Med. Bemerk. u. Untersuch. einer Gesellsch. von Aerzten in London 4 Band. n. 35 p. 168.

c) §. 7. B. 6.

d) l. c. art. 7. n. 2.

„ scentem partim auriscalpio extraxit, &
 „ residuum aquis thermalibus per aliquot di-
 „ es injectis dissolvit „ . CAMPARDON a) narrat virum sexenni cephalæa atroci cum barycoia conflictatum, in Luchoniensibus aquis auxilium quæsisisse: in balnei labro existenti (quod sexies quotidie factum) aqua scaturiginis in aures injiciebatur tam prospero successu, ut cum sextum balneanti fieret, aqua injecta insignem copiam flavescens materiæ, aquam balnei tingentis, elicuerit; & æger 14 diebus insuper balneo injectionibusque usurpatis nec cephalæa nec barycoia amplius laboravit. His aquis affinis est

2. *Aqua fœnic. cum* ☉ ☽, de qua F. HOFFMANNUS b) „ subit (inquit) nos „ recordatio, ubi ante aliquot annos circum- „ foraneus quidam surditatem se auferre „ singulari arcano posse gloriabatur; consi- „ stebat hoc in injectione per siphonem fa- „ cta cum aqua fœniculi, cui pauca guttu- „ læ olei tartari erant instillatæ, aliquoties „ de die injectionem provide continuabat, „ & in quibusdam subjectis non male suc-

L 5

„ ces-

a) ROUX Journ. de medec. &c. T. 19. Decemb.

b) Opp. T. 6. Diss. de error. vulg. citæ usum topicor. in praxi §. 12. p 12.4.

„ cessit experimentum, in illis nempe,
 „ ubi intra meatum auditorium cerumen
 „ incrustatum sonum impediēbat „. Num-
 quid

3. *Urina* brutorum, de qua superius a) dictum, etiam hujus loci est, ut quæ non in vasa nervosque tantum, sed in cerumen quoque agat? Certo

4. *Liquor* DETHARDINGII b) duplici hac virtute est præditus, de quo ille „ non „ multi anni sunt (ait), quando Batavus „ quidam nostram urbem accedens plurimos „ surdastros felicissimo experimento restituit, „ lucri inde non parum sibi parans, nec enim „ ultra 3. 4ve dies cura protrahebatur, quam „ afflicti pendebant 10 thaleris. Specillo „ meatu auditorio externo dilatato siphonis „ ope injiciebat liquorem quemdam albi- „ cantem, consistentia lac æmulantem; ob- „ turabat abhinc meatum bombace, & bi- „ duo peracto remota bombace auditus erat „ salvus, nec facile fallebatur. Omne ve- „ ro momentum gloriabatur... esse repositum in liquore, quem injiceret, cujus „ quoque compositionem se nemini com- „ municare velle regerebat. Ait qui obser- „ vabant, a bombace remoto illum protra- „ xisse

a) §. 34. D. 3. a).

b) Misc. nat. cur. Cent. 5.
 obl. 81.

„ xisse quoddam solidioris compagis, fa-
 „ cile inducebantur, ut crederent, totum
 „ artificium in ceruminis incuneati remo-
 „ tione blanda & necessaria constitisse. . .
 „ Quod tandem liquoris notitia ad me per-
 „ venerit. . . communicare illum placuit.

„ ℞. Sapon. alb. minut. concis. ℥ j.

Terebinth. Venet. ℥ ss.

▽^{ae} niv. ℥ viij. M. l. a. & solutis
 adde

℞^{ae} Benzoes ℥ ij. M. „ .

Atque ex his non obscura est ratio, cur

5. *Bilis animalium* a VERNEYO a) aliisque ad cerumen solvendum commendata fuerit.

6. *Acetum nitro acuatum* suasis CEL-
 SUS b) „ si sordes exque molles sunt (in-
 „ quiens), . . . specillo eximendæ sunt;
 „ at si duræ sunt, acetum & cum eo nitri
 „ paululum injiciendum est, cumque emolli-
 „ tæ fuerit, eodem modo elui aurem pur-
 „ garique oportet „ .

§. 50.

Cantela vero DU VERNEY c) in id
 genus menstruorum usurpatione haud quic-
 qu m

a) l. c. P. 1. p. m. 39.

c) l. c.

b) L. 6. C. 7. art. 7.

quam est negligenda; etenim iterata eorum
 injectione „ separatur. . . cerumen aliquando
 „ diebus quinque, aliquando etiam demum
 „ post diem decimum quintum (inquit):
 „ unde patet, non facile desistendum esse
 „ ab injectionibus „ .

CAPUT VI.

ILLAPSORUM IN PORUM ACUSTICUM EX- IMENDORUM MODI.

§. 51.

Tametsi ad ea, quæ in porum acusticum
 impacta auditum lædunt, foras exigenda
 non una sit methodus; tamen quanta sæpe
 id præstandi sit difficultas, si optime nove-
 runt, quos manus id genus labori admovere
 sæpius oportuit: dum nempe metus est,
 ne vel illapsa profundius adigantur, ut post-
 ea vix ac ne vix quidem erui queant, vel
 rudioribus per imperitiam tentaminibus aut
 myrinx lædatur, aut convulsio, inflamma-
 tione, &c. excitetur. Idcirco qui hoc ma-
 nibus contendunt, næ eis pori acustici al-
 titudo, diametrorum hic illic varietas, ac
 tubi præfertim totius flexuosum iter, nec
 non

non quo loco impactum hæreat, probe sunt pernoscenda, ne dum opitulandum est, detrimentum augeatur. Quod ut minimo suscipiatur periculo, ejusmodi semper prius deligendæ sunt methodi, quæ & promptius impactum educant, & minus periculi intendent, quam ad operosiores transeatur. Sunt autem

§. 52.

I. PTARMICA hic jam alterum *a*) utilia, dum nempe oborta sternutatione aer violente e pulmonibus elisus, per tubam EUSTACH. in caveam tympani irruens, myringem vehementer versus porum acusticum quatit, a qua vel ipsum impactum (si ei contiguum est) antrosum propellitur, vel aer in poro retro corpus impactum hærens valide versus exteriora impulsus illapsum simul corpus loco movens foras urget. Methodus hæc jam ipsi CELSO *b*) fuit cognita, quamvis tubam EUSTACH. ignorasse MORGAGNIO *c*) videatur. Efficacem satis esse hanc methodum ad illapsa ex aure exturbanda F. HOFFMANNUS *d*) „observavit. . .
 „ in

a) Vide §. 43.

b) l. c. art. 9.

c) Epist. anat. 7. n. 9.

d) Diss. de audit. diffic. §. 8. Opp. suppl. 2. P. 2. fol. 223.

„ in figulo, qui cum ceram. . . aures ob-
 „ turandi gratia in illas altius immisisset,
 „ ita ut nulla ratione inde rursus eam pos-
 „ set extrahere, tandem cohibito spiritu
 „ magna vi globulos illos hoc pacto reje-
 „ cit „ . Quo autem feliciter hic succedat
 labor, non abs re suadet I. DOLAEUS a),
 ut prius acusticus porus immissa una alterave
 olei pressi guttula lubricus reddatur, ne eli-
 dendum corpus propulsum usquam adhærescat.
 Quod si hæc medendi ratio fuerit inefficax,
 tentari potest

§. 53.

2. SUCCUSSIO *auris* methodo CELSI b)
 instituta. „ Tabula (inquit ille) collocatur
 „ media, inhærens capitibus utrinque pen-
 „ dentibus, superque eam homo deligatur
 „ in id latus versus, cuius auris eo modo
 „ laborat, sic ut extra tabulam non emi-
 „ neat: tum malleo caput tabulæ, quod a
 „ pedibus est, feritur, atque ita concussa
 „ aure, id quod inest, excidit „ . Tertia
 porro methodus illapsa evocandi est

§. 54.

a) Encycl. Chir. L. 1. C. 14. b) I. c.
 §. 11. fol. 116.

§. 54.

3. SUCTIO, dum cannulæ ope, poro acustico immissæ, ore admoto aerem e poro dicto inspirandi conatu exfugimus. „ Chirurgus, teste I. L. HANNEMANNO a), aliquot surdos curavit hac methodo; alte interit fistulam tabaci, & quidem ejus partem subtiliorem, in auris cavitatem; tunc vehementissima suctione ori admo-vens alteram fistulæ partem crassiorẽ su-xit: ægri hac suctione perceperunt aliquid doloris in aure; ast hac methodo curati sunt, audiendique facultas restituta est „ . Nihil hic quidem innuitur, a qua causa morbus fuerit enatus, quin imo alia plane, quam illapsa in aurem, ac ignota illa quidem, fuisse videtur; veri enim est simile, si cognita fuisset (præsertim peregrinum corpus in aure), eam non præteriturum fuisse observatorem. A. CLELAND b) hocce curationis genus tum vel maxime institui vult, dum myrinx a fragore aeris sicu nato mutato in caveam tympani propulsa est adeo, ut extrinsecus evaserit concava atque ad contremiscendum inhabilis: quo in

a) Misc. nat. cur. dec. 3. ann.

6. obs. 123.

b) Vide N. G. 28588 Auserl.

Abhandl. pr. u. chir.

Int. aus den Philos.

Transact. 2 Th. n. 12.

p. 29.

in casu jubet aerem per tubam EUSTACH. in caveam tympani aliquoties cum impetu inflari, ut ita myrinx in pristinum restitueretur situm. Quod si id fieri nequeat, jubet tubulum (cujus modulum figura adjecta exhibet) poro acustico inditum myringi proxime admoveri, omnemque dein aerem inde exfugi. Sed quoniam Cl. Vir, utrum unquam in surditate a fragore orta hoc remedium applicuerit, ne verbo quidem innuit, & quæ de situ myringis mutato adfert, non usquequaque limata sint, addubitare licet, num non totum id, quod ad suctionem attingit, ab HANNEMANNNO sit mutuatus; cui tantummodo causam surditatis, ejusque hac methodo abolendæ modum, affinxit. Forsitan propius verum est, suctionem hanc ad ossicula acustica luxata reponenda valere. Sed quorsumcunque illa pertineat, certe ad peregrina poro acustico illapsa corpora foras prolicienda esse simul aptissimam arbitror, tametsi ab nemine isthoc in casu usurpatam noverim; licet jam seculo XII. exeunte eam ALBUCASIS a) proposuerit. Ast si his tentaminibus nil proficitur, tum vero

a) Chit. Traët. 1. C. 6.

§. 55.

4. INSTRUMENTA admovenda, quæ pro varia corporis illapsi figura, magnitudine, duritie, ac profunditate, ad quam penetravit, etiam varia esse solent. Ut autem nihil hic temere fiat, 1°) Loco lucido æger consistat, ut porus acusticus, pro eo ac par est, collustretur: tum 2°) Oleo blando pressio tepido porus acusticus est inungendus: dein 3°) Speculo auris (cujus modulus in HILDANO a) videndus) nonnihil ampliandus, ut immisso lumine altius inspicere possit, si quo pacto illapsum corpus visu detegi queat; sin minus, specillo explorandum, num alicubi, & quo præsertim in loco, interstitium inter illapsum corpus ac pori substantiam, quod instrumentis interferendis inserviat, detegatur: siquid adest, corpore non ultra cartilagineam pori partem hærente, tunc educto specillo instrumentum pro re nata habile est admovendum, quo impactum corpus vel excuti vel prehensum educi queat, cujusmodi est

a) *Hanulus* retusus paululum recurvatus apud CELSUM b), aut isto melius

Trnka Hist. Cophos.

M

b)

a) Obs. & cur. med. chis. b) l. c.

Cent. 1. obs. 4.

b) *Cochlear auriculare*, cujus ope impulsus vi a tergo corpus hærens exturbatur, ut HILDANUS a) fecit. Hujus loco subinde

c) *Tenaculum* L. HEISTERUS b) adhibuit. Hæc pauca supellex suffecerat semper FABRICIO AB AQUAP. c) cui plurimi id genus ægroti tractandi rara felicitate obtigerunt. Quod si vero cavitas pori ab illapso ita expletur, ut inter istud illiusque parietes nihil interstitii sit relictum pro a. b. c. admittendis, tum, si corpus impactum fuerit facile divisibile, (ut cera, legumina humiditate pori inflata,) suadente HEISTERO d) & HOFFMANNO e)

d) *Cultro* prius est concidendum, sicque frustatim postea per a. b. c. eximendum. Si autem corpus ea sit indole, ut concidi nequeat, non tamen omni mollitie careat (v. g. globulus plumbeus), hujusmodi in casu

e) *Terebello*, methodo HILDANI f) applicato, configendum extrahendumque est. Sed bina incommoda habet hæc operatio, unum

a) l. c.

b) Chirurg. P. 2. C. 63.

c) Operat. Chir. fol. 41.

d) l. c.

e) Dis. de audit. diffi.

§. 21.

f) l. c.

unum eorum est, quod nisi exercitata manu peragatur, metus sit, ne pori acustici substantia convulsetur, non sine gravibus quandoque sequelis; alterum, quod si impactum corpus vacillet aliquatenus, cum cerebra sine quodam nisu vel impetu vix in illud adigi queat, facile contingere possit, ut illud alius versus myringem compellatur, ibique cerebatione suscepta myrinx ab illo, dum foratur, vel laxetur vel rumpatur. Hæc de instrumentis. Sed quoniam ista manum exercitatum poscunt, non semper habendam, sine qua metus est, ne his applicatis illapsa magis introrsum compellantur, quaeritur, num

§. 56.

5. INIECTIONES *clystere auriculari* in porum acusticum factæ tutius illapsa elidant? Satis utique patet, si adhibendæ sint, unico tantummodo in casu, videlicet ubi illapsum voluminis est minoris, quam ut pori cavo incuneari uspiam possit (velut siliquarum semen), utiles esse posse, alioquin illapsum fluidi injecti impetu in majores pori angustias compulsus immobile in iisdem fieret, ut nulla pene dein arte loco moveri posset. CELSUS a) quidem hoc re-

M 2

medii

a) l. c.

mediū genus non est aspernatus, dicens:
 „ sternutamenta quoque admota id (illa-
 „ psūm) commode elidunt, aut oriculario
 „ clystere aqua vehementer intus compul-
 „ sa „ . Unde patet, cum impetu injicien-
 dum præcipi fluidum, ut dum istud a my-
 ringe iterum impetuose resiliens in tergum
 illapsi impingit, illud secum extrorsum ab-
 ripiat. Feliciter hanc methodum in pluri-
 bus a chyrurgo sibi noto adhibitam fuisse
 testatur MORGAGNIUS a), nisi quod aquæ
 loco aut lac aut oleum amygd. injecerit, ne-
 que detrimenti quidquam inde auditui fuisse
 illatum, tamen si id ipsum I. SCULTETUS b)
 metuens admonuerit „ chyrurgiæ tirones,
 „ ut in curandis aurium affectibus liquores
 „ convenientes blande potius instillent,
 „ quam per syphonem auricularem violen-
 „ ter immittant, ne membrana tympani
 „ rumpatur, & incurabilis auditus gravitas
 „ subsequatur „ . Interea tamen merito in-
 jectiones hæc MORGAGNIO suspectæ sunt
 visæ; quis enim adeo & momentum fluidi
 injecti, & resistantiam myringis datæ, ex-
 plorata tenet, ut illud non majore impellat
 vi,

a) De sed. & caus. morb. epist. 14. n. 11.

b) Anam. chir. Tab. 16. (olim, mihi 15). ad fig. 5.

vi, quam ista citra sui læsionem sustinerè queat, impulsusque nihilominus tantus sit, qui ad illapsum excutiendum sufficiat? Ad hoc & illud accedit, quod in irritabilioribus corporibus ex impetuosiore hujusmodi fluidi ad latera pori acustici affricu convulsiones non contemnendæ oboriri queant, cujus rei exemplo servit casus, quem I. H. FÜRSTENAU a) litteris mandavit, nempe 30 annor. femina manuum tumorem cum exanthemate ante imminentes nuptias depulsura, multis præter acidulas Pyrmontanas remediis aliis adhibitis, ipso nuptiarum tempore cum caput, collum, manusque ornatus causa frigori incautius objecisset, inter tripudia aliquot diebus protracta surditatem sensim contraxit molesta cum cephalalgia pro vario aeris statu jam graviore jam leviore. Menses, etsi rite, parci tamen fluxere. Ad hos itaque in ordinem redigendos, cephalalgiam sedandam, & baryecoiam tollendam cum crebra manuum pedumque balnea tepida, V.S. in pede, cathartica, &c. imperata essent, MR^a simul e ω formic. lumbric. serpilli ac sap. Veneto parata per vices in aurem tepide injicienda est data, quam ubi chyrurgus justo rudius administrasset, haud ita multo

M 3

post

a) AA. nat. cur. Vol. 9. obf. 92.

post ægra atrocibus convulsionibus, præsertim in facie, per vices agitari cœpit; idcirco seposito clysteris auricularis usu, datisque antispasmodicis, præcipue O_2 anim. DIPPEL. in plures postea annos convulsionibus non est experta, superstite licet auditus gravitate pristina. Unde patet, non usque adeo his injectionibus esse fidendum, tametsi nonnunquam bono omine tentatæ fuerint. Sed missis his superest ultima illapsum eximendorum difficultas expendenda, dum videlicet in extremum pori acustici ossei recessum ita compulsæ sunt, ut nullo aut nixa aut instrumento ex illæso poro acustico educi queant. In hoc ancipiti casu est ne instituenda

§. 57.

6. *INCISIO pori acustici?* Non defuere, qui eam suaserint; namque P. ÆGINETA a), ubi ceteras illapsum eximendi methodos recensuisset, subdit: „ si neque sic „ sequantur illa, priusquam inflammationes „ & convulsionibus & simpliciter periculum „ accedat, per chyrurgiam ipsa educemus. „ Locato igitur ægro aure averfa, sectione „ parva lunari ad fundum auris retro fibræ „ utemur, & auricularii specilli concavo in
 „ si.

a) L. 6. C. 24.

„ sitam molem eximemus. Post extractio-
 „ nem vulnus consuatur, & cruentorum
 „ vulnerum ductu curetur „ . Perinde AL-
 BUCASIS a) PAULUM secutus, posteaquam
 alia omnia usitata memorasset „ si (inquit)
 „ non egreditur (illapsum) cum omnibus,
 „ quæ narravimus, tunc propera ad scin-
 „ dendum, antequam accidat apostema cali-
 „ dum aut spasmus. Et modus fissuræ
 „ est, ut phlebotomes infirmum in primis
 „ in cephalica, & extrahe ei ex sanguine
 „ secundum mensuram virtutis ejus; deinde
 „ fac sedere infirmum inter manus tuas, &
 „ converte aurem ejus ad superiora, & fin-
 „ de fissuram parvam in radice auris apud
 „ adipem ejus in loco depresso ipsi, & sit
 „ fissura lunaris figuræ, donec pervenias ad
 „ lapidem, deinde aufer eum cum eo, quod
 „ est tibi possibile ex instrumentis: deinde
 „ sue fissuram ab hora tua cum velocitate,
 „ & cura ipsam, donec fanetur „ . Ope-
 rationem hanc nec inutilem nec usque adeo
 periculosam credidit DU VERNEY b), ut
 non aliquando existimarit suscipiendam, hac
 una re a PAULO & ALBUCASTI dissidens,
 quod cum isti aptiore eam loco cum ad

M 4

agen-

a) Chir. Tra&. 2. Cap. 6.

b) l. c. P. 3. p. m. 38. sq.

agendum tum ad inspiciendum, ut MOR-
 GAGNIO a) videtur, proposuissent, ille
 tutiorem delegerit, licet propius verum sit,
 nunquam hanc operationem ab ipso fuisse
 tentatam, veluti ex ejus verbis colligitur,
 dum ait: „ quantum ad corpora, quæ hæ-
 „ rent in meatu osseo, difficillimum est illa
 „ extrahere, sicut modo notavimus, in pri-
 „ mis, si meatum exacte implent; tum
 „ enim facile intelligitur, neque cochlear
 „ neque terebellum multum prodesse posse:
 „ propter hæc mihi videtur, hoc casu in-
 „ cisionem fieri posse pone aurem, & ver-
 „ sus ejus partem superiorem, id quod hoc
 „ loco satis secure fit; cum nullum ibi vas
 „ sit notabile, & meatus pelle tantum glan-
 „ dulosa vestitus, quod videri potest Fig.
 „ 2. Tab. 3. Eo modo evitari quadante-
 „ nus potest obliquitas meatus, & adhibe-
 „ ri terebellum, cujus usus potissimus est
 „ globos plumbeos extrahere „ . Huic ta-
 men operationi, præsertim methodo PAULI
 suscipiendæ magnopere se se FABR. AB AQUA-
 PENDENTE b) opposuit; nam præterquam
 quod ex obscura ejus descriptione haud satis
 intelligi queat, quo loco instituenda sit se-
 ctio,

a) L. c.

b) Operat. chirurg. sol.
41.

Etio, simul etiam 1^o) inutilis est incisio lunata, nisi forte ut instrumento & rectior & brevior via per eam pateat; sed & hoc commodum est nullum: nam 2^o) exemptio nihilo inde sit facilior, quam, si statim tentetur, impedit hæmorrhagia vulneris, inspectionem obscurans, postridie vero inflammatio vulneris eandem fieri vetat: ut proinde mirum sit, PAULUM mox facta incisione præcipere illapsi exemptionem, quasi hæc in potestate prorsus sit. 3^o) Vulnus hoc arte factum non minus videtur FABRICIUS formidare, quam mala ipsa ex illapsis non eximendis oriri solita: ut proinde hic axioma illud *binis e malis minus esse eligendum* ipsi haud videatur locum habere. Denique 4^o) Necessitas hujus operationis Cl. Viro nulla unquam esse visa est; cum illapsa citra eam, modo usu peritus chirurgus manum admoveat, semper eximi queant. „Ego „ autem (inquit ille) ad quem plurimi hujusmodi pneri ex Italia & aliis provinciis delati fuere. . . sanitati reddidi non „ aliis instrumentis, quam volsella & specillo duplici „ &c. Adde quod 5^o) Leguminum, aliave semina illapsa, si res temporis committatur, quandoque longe expeditius, quam initio fieri potuerit, eximantur, posteaquam nimirum germinarunt, id quod

bina exempla MARC. DONATI a) evincunt.
 „ Nobilis puer . . . dum aliis confociis,
 „ quibuscum lusus agebat, se joculariæ ar-
 „ tis peritum ostentare vellet, arreptis ce-
 „ rasorum nucleis binis ex dextra aure ad
 „ sinistram manuum dexteritate ut pervola-
 „ rent, se facturum prædicabat, quod dum
 „ exequi parat, ita illorum alterum in in-
 „ timiori auris parte indidit, ut ullo inge-
 „ nio nunquam a medicis neque ab adstan-
 „ tibus extrahi valuerit, qui id non semel
 „ pertentassent, non levem enim illi noxam
 „ inferebat. Quare toto negotio naturæ
 „ derelicto post multos dies factum est,
 „ ut plurima humiditate madente aure nu-
 „ cleus germinare cœperit, germenque ex-
 „ tra prodire; quod jam conspicuum tena-
 „ culis leviter arreptum altera nuclei pars
 „ germi adhærens insequuta est, altera
 „ vero (nam in binas scissum erat) haud diffi-
 „ cile & ipsa extracta. „ Porro „ I. M. BONAR-
 „ DUS cum sibi intra aurem semen ex Ana-
 „ girde (vulgo Venetiis Karobe vocitant)
 „ forte fortuna indidisset, dum illud extra-
 „ here pertentat, intimius impulit; qua re
 „ dolore excitato valide urgente concitata
 „ fluxio, apostemaque genitum ac supposi-
 „ tum,

a) De med. histor. mirab. L. 2. C. 12. p. m. 77.

„ tum, quod per plures menses misellum
 „ hominem affixit; donec tandem germi-
 „ nante semine prominente germine extra-
 „ ctum, medicamentisque opportunis rite
 „ ulcere curato convaluit „ .



CAPUT VII.

PORUM ACUSTICUM IMPERVIUM RESE-
RANDI RATIO.

§. 58.

Quæ porum acusticum impervium reddunt,
 vel ad ejus cavum pertinent (ut cerumen,
 illapsa, &c. de quibus jam actum fuit),
 vel ad pori latera referuntur, ut eorum seu na-
 tiva, seu post ulcus, concretio, tumores, aut
 membrana intersepiens. Pro horum varietate
 varia quoque ineunda est ratio porum acu-
 sticum rese-randi: ubi enim cavum hujus in-
 tersepit

§. 59.

I. MEMBRANA, ejus primum crassities,
 tum a myringe intercapedo, prius explorandæ
 sunt, quam auxilia admoveris. Quo magis
 mem-

membrana id genus a myringe fuerit remotior, eo etiam facilius aboletur; jubet eam L. HEISTERUS *a*) cruciatim incidi, ac vulnere per aliquot dies turundam indi, ne rursus coalescat: persanato loco, in circuitu relictum foramen auditum procurabit. Quo autem vicinior myringi ea membrana fuerit (modo non sint sibi contiguæ), eo quoque operatio hæc futura est & incertior & periculosior; etenim periculum est percindendæ simul myringis, & si turunda utriusque membranæ vulnus subeat, myringis concretio (alioquin non difficilis) perinde inhibetur, qua destructa auditum posse lædi alibi *b*) est ostensum: simulque non ignotum est, turundas labiis vulnere in partibus membranaceis, tendineis, ligamentosisque insertas sæpenumero causare mala. Nihilominus tamen HEISTERUS *c*) etiam hoc in casu censet operationem non esse omittendam; cum hæc sit unica auditum adipiscendi ratio, sine qua surditas foret immedicabilis; id unum studiose monet, ut læsio myringis, quoad ejus fieri potest, caveatur, quæ facile, præsertim in infantibus,

a) Chirurg. P. 2, C. 62.

c) l. c.

b) §. 9. n. 5.

bus, queis porus acusticus multo est brevior, accidit. Quod si vero non membrana, sed

§. 60.

2. CONCRETIO laterum porum acusticum reddidit impervium „ specillo, ait CEL-
 „ SUS a), tentandum est, utene id reple-
 „ tum, an in summo tantum glutinatum sit:
 „ nam si alte est, specillo non cedit; si in
 „ summo, specillum protinus recipit „ i. e.
 si, dum locus specillo premitur, mollities
 percipitur, & pars pressa facile introrsum ce-
 dit, indicio est, post locum specillo com-
 pressum aliquam adesse vacuitatem, seu po-
 rum acusticum esse ultra locum concretionis
 pervium: sin locus pressus specillo resistit,
 signum est, porum acusticum esse aut ex toto
 aut insigniter solidum; atque in isthoc ca-
 su verat operationem CELSUS „ ne sine ef-
 „ fectus spe oriatur distentio nervorum, &
 „ ex ea mortis periculum sit „ : in priore
 autem casu perinde, ac si membrana au-
 ferenda sit, proceditur. Si denique

§. 61.

a) L. 7. C. 8.

§. 61.

3. TUMORES e parietibus pori acustici affurgentes cavum ejus abolent, pro varia sua indole methodis quoque variis auferendi sunt. Si molles recentisque sunt, (ut poliposæ, fungosæve excreſcentiæ) tum a) *Caustica* admota eos non raro tollunt; cavendum solummodo, ne myringem simul tangant, scil. indico prius in porum acusticum aut linteo carpto aut bombace a). Melior autem est, siquidem fieri commode possit, b) *Abscissio* seu cuitro seu forfice; id quod non diticulter fit, ubi tumor principia pori acustici obsedit; sin altius hæret, manu prius vel unco vel tenaculo protrahendus, ut quousque fieri potest, abscindatur. Residuo vel vitriolum Cyprinum vel lapis infernalis aliquoties affricatur, ut absumatur radix tumoris, ne is repullulet: quod si medicamentis non cedat, accessusque detur, ferro candente radix interdum est tangenda b). Hac methodo surditatem ex aurium polypo ortam in puero 14 annor. curatam narrat LAMZWEERDE c), & HERDUINUS d) ean.

a) WHISTER l. c.

b) Vid. VARNEY l. c. p. m. 29. sq.

c) l. c. obs. 15. p. m. 605.

d) Ibid. obs. 14. p. m. 678.

eandem infanti recens nato, cui sarcoma totam aurem lævam explevit, feliciter adhibitam testatur. Perinde P. MARCHETTUS a) puerum 14 annor. cui a prima infantia totum anris unius cavum fungosa caro ulcerosa cum perpetuo ichoris foetidi effluxu insidens auditum pene ademit, eadem hac medendi ratione persanavit. Nonnunquam vero c) *Ligatura* his tumoribus, si pedunculo gaudent, injecta eosdem eradicat, velut in puella nobili HILDANI b) videre est.

CAPUT VIII.

TUBÆ EUSTACHII ET CAVÆ TYMPANÆ INFARCTUM TOLLENDI METHODI.

§. 62.

In causarum cophosin producentium enumeratione illa quoque in medium allata sunt, quæ tympani tubæque acusticæ cava minuant abolerive c). In præsentī ergo, qua ratione hujusmodi vitiis mederi oporteat, dicen-

a) Obs. chir. 28.

c) §. 2. 10.

b) l. c. Cœnt. 3. obs. 2.

cendum erit. Præsidia hæc facientia alia nature ductu innotuere, alia vero exacta anatomes cognitio chirurgiæque industria suppeditavit, quorum in censum pertinet

§. 63.

I. EXSPIRATIO aeris vehementior obturatis prius naribus & clauso ore, identidem repetita; isthoc enim conatu aer exspiratus cum nec per os nec per nares erumpere, dum utrumque clausum est, queat, toto impetu in tubas acusticas fertur, in queis siquid obstaculi hæret (v. g. pus, mucus, &c.), illud loco movet, averrit, tubamque sic reddit aeri in cavea tympani incluso perviam. Perinde siquid sordium in tympani cavea præsto est (v. g. extravasatus sanguis, aqua, pus, mucus, &c.) violenta hac aeris per tubam acusticam impulsionem illæ concutiuntur, loco moventur, atque aeris hujus turbine involutæ cum eodem e cavea tympani per tubam in os refluxu celeriter evertuntur. Simplex hoc & cujusque in potestate positum præsidii genus maximi olim fecit A. M. VALSALVA a).
Ejus-

a) l. c. Cap. 5. §. 3. p. 84.

Ejusdem sunt commatis alibi *a)* quoque jam laudata

§. 64.

2. PTARMICA, nisi quod vehementiorem aeris in tubas & caveam tympani impulsionem efficiant, quæ violentius stagnantia movent, lenta abradunt, everrunt, &c. Verum tamen „sternutatoria, ut potè „violentiora medicamenta, non nisi caute „& frustra adhibitis mitioribus in usum „trahenda esse censet ad intumam aurem „expurgandam „MORGAGNIUS *b)*, jubetque prius mitiora adhiberi, ut sunt masticatoria *c)*, collutoria *d)*, tum etiam

§. 65.

3. INIECTIONES ope syphonis in tubam acusticam & caveam tympani institutæ. Primus hujus remedii usum tentasse videtur GUYOT *e)*, qui Academiæ Reg. Sc. Parisinæ instrumentum ad id idoneum obtulit dijudicandum. Postea suum A. CLELAND *f)*

Trnka Hist. Cophos. N eun-

a) §. 41. 42.

b) Epist. anat. 7. n. 14.

c) Vid. §. 27. b).

d) (Ibid. 2).

e) Act. Paris. 1724.

obl. anat. 6.

f) 1. c.

eundem in finem confectum vulgavit, ubi jam ante & PETITUS a) & I. DOUGLAS inventum GUYOTI emendassent. Denique I. WATHEN b) usum harum injectionum pluribus experimentis confirmavit, quorum primum in viro admodum surdo, post omnia alia irrita, cepit, stilo solummodo in tubam acusticam indito, quo educto homo continuo se melius audire professus est, manifesto indicio, surditatem ejus ab impervia ante tuba acustica provenisse. Inde mox injectiones in 6 ægris tentare coepit. 1) Femiinæ ad 40 annos natæ, & e frigore suscepto ultra biennium adeo graviter audienti, ut non nisi in aurem inclamantes intelligeret, præmissis frustra in porum acusticum injectionibus aliæ dein in tubam acusticam factæ sunt, a quibus pristinum recuperavit auditum. 2) Quinquagenarius a sesquialanno, ex eadem causâ, utraque aure non nisi intensissimos in eas clamores audiens, frustra perinde tentatis variis, primum injectiones in porum acusticum admisit, sine levamine. Postero die injectio in unam tubarum acusticarum administrata est, cujus liquor multas aridi mucii moleculas li-

vi-

a) Annot. ad T. 2. PALFVNI anat. chir. p. 472.

b) LESKA I. c. 4 Th. B. 54. p. 257. 199.

vidas putridique fœtoris per os revexit: quo factò æger continuo adstantes fere sanorum instar audivit. Die 3^o in alteram quoque tubam facta usque adeo profuit, ut post iteratum aliquot diebus eundem laborem, æger omnia cominus (eminus non perinde) exaudierit. 3) Sexagenarius a 30 annis surdus easdem poposcit injectiones, quæ prius in porum dextrum acusticum factis magnum durati ceruminis frustum, citra levamen, eductum. Postridie in dextram tubam injectus liquor; unde horologii auri illi admoti pulsus æger distincte percepit: sed sub vesperam denuo obsurdit. Biduum adhuc, quovis mane, injectio instituta, sed eodem semper eventu. 4) Femina ex frigore a sexennio surda, cum perpetuo quodam auriculæ motu convulsivo, easdem injectiones alternis diebus per 2 hebdomades eo cum successu sustinuit, ut quamvis iste a primis binis multum abfuerit, ægra tamen eatenus auditum receperit, ut quæ ante ad omnia fuerat inhabilis, postea mandata domestica utiliter exequi valuerit. 5) Feminae 27 annor. e frigore biennium utraque aure surdastræ, nisi quod gravius una quam altera auris affecta fuerit, in surdioris acusticum porum injectio facta, etsi copiosum cerumen durum elicuit, auditum tamen nullatenus emendavit. Ast ab injectione in eju-

dem auris tubam tantopere profecit, ut hæc aure postea melius, quam altera, cui injectiones pariter administratæ nil opis attulere, audiverit. 6) Vir 18 ante annis subito spectra variorum colorum ante oculos conspici cœpit, simulque adeo obsurduit, ut unicum tantum hominem consuetudine plurium annorum non tam aurium beneficio, quam observato labiorum motu, loquentem intellexerit. Nec pyralisimus bis provocatus, nec alia quæcunque tentata vel hilum profuere: donec demum injectiones in usum ductæ, quarum ubi prima tubam trajecit, e vestigio audire propriam vocem cœpit. Ter quaterve postea iterato labore ex intervallo unius vel duorum dierum magnopere profecit. Notatu dignum erat, intensiorem sonum, qui prius ad colloquendum fuerat necessarius, ei nunc accidisse molestum, ob dolorificam in aure titillationem aut, ut ipse aiebat, scalptum. Id ipsum a propria voce patiebatur, neque aut suos aut aliorum sermones discernere potis erat, nisi multo submissiore, quam ante necessum erat, voce proferrentur. In præsentī mediocris intensitatis vocem in colloquio commode audit, modo omnia in conclavi tranquilla fuerint. Nec illud prætereundum, ad secundam in tubam injectionem oculorum quoque affectio-

nem

nem defuisse. N. G. LESKE a) perinde testatur, sibi fide digna innotuisse experimenta, quæ ope hujusmodi injectionum surditas aut ex toto aut certe ad tempus profli-
 gabatur, & a dexterrimo Dresdensi chirurgo PERRI sæpe cum successu fuisse administratas. Contra ea sunt, qui his injectionibus omnem derogent utilitatem, imo noxias etiam non raro esse pertendant; quandoquidem post non diuturnum levamen gravius etiam, quam ante, ægri inde audiverint, vel in vehementem cephalalgiam, aliave mala sint prolapsi. Imo PORTAL b) negat injectiones in tubam acusticam ulla arte seu per nares seu per os fieri posse: quod ii, qui manu medentur, viderint, quousque PORTALIO sit credendum. Interea cum utilitas harum injectionum (aliorum fide non aspernanda nitatur, non erit etiam inutile & instrumenta ad eas idonea, & horum applicandorum rationem, & incommoda nonnulla operationis isthuc in medium adferre.

a) *Instrumenta* quod attinet, CLELAND usus est cannula catheteriformi, flexili, quam etiam Monspelienses chirurgi teste SAUVAGES c) adoptarunt. WATHENIO

N 3

au-

a) l. c. p. 271.

c) l. c. art. 9. n. 3.

b) Précis de la Chirurg. prat.

T. 2. p. 481.

autem erat cannula argentea, longitudine & crassitie fonsdam vulgarem æquans, sine uno parumper inflexo (idque magis minusve, nempe pro varia in variis narium conformatione), altero cochleæ sulcis instructo, ut syringæ eburneæ, liquorem injiciendam continenti jungi queat. Cannulæ porro

b) *Applicatio* ita se habet: primum inditur nari inter nasi alam & septum, ita ut ejus convexitas superiora spectet: sicque postrosum ac paulisper deorsum ducitur, usque dum ovali tubæ orificio in postico faucium cavo sit admota: tum vero ita convertitur, ut convexitas illius septo narium obvertatur; quo fit, ut apex cannulæ recta facileque tubæ orificium subeat. Quod ut succedat certius, cannula, quantum fieri potest, vicina inter os spongiosum inferius ac processum palatinum ossis maxillaris (nuspam impingendo, ne irritatio vehemens, principio vel maxime, accidat) tenenda est. Tandem cannula cum syringa conferta liquor embolo in tubam impellitur, per os naresve vel utrinque una cum elutis e tuba aut cavea sordibus reiluxurus.

c) *Incommoda* vero hujus operationis tria in primis sunt; etenim 1) sensatio molesta in non assuetis excitatur, tum 2) cephalalgia gravis quandoque oritur, ac denique 3) proclivitas sternutandi ægro medentique

tique molesta se se exferit; quam tamen LESKE *a)* temperari ait, si æger spiritum cohibet cum exserto conatu quasi expirare vellet, quo tempore non solum irritationem minus ait sentiri, sed tubæ quoque orificium actione circumjacentium muscutorum ampliari credit. Cum itaque harum injectionum administratio & instrumenta & manuum dexteram (non ubique habenda) exposcat, neque omnino incommodis careat, earum in locum adoptari poterit methodus IUL. BUSSONI *b)*, liquida injicienda absque syringe adminiculo in tubam & caveam tympani urgens: videlicet medicatus liquor ore excipitur, tum isto clauso naribusque compressis exferitur nixus expirationis, quo non aer solum expiratus, ut ante *c)* vidimus, sed ipse etiam liquor in tubam & caveam tympani compellitur, id quod reapse fieri posse docet fumus tabaci eodem artificio per aures expiratus ab iis, quibus myrinx morbose est pervia. Quod si tuba acustica ita est impervia, ut nulla arte referari, perque eam extravasatum ex cavea tympani elui, queat, num non

a) l. c. p. 270. sq.

c) §. 63.

b) In HALLERI Disp. chir. (el.

T. 2. n. 44. p. 233.

§. 66.

4. PERFORATIO *apophyseos mastoideæ* profutura est? Cum enim hujus cellulæ in sinum definant cavæ tympani continuum, hæc utique via & injectionibus & extravasato emittendo esset perquam idonea. Suavit id omnino RIOLANUS *a)* „ quidni (ziens) „ conferret stilo tenuissimo pertusa apophy- „ sis mastoideæ cavernosa, quæ communio- „ nem habet cum concha „ i. e. cavea tympani? Sed enim vero inutilis videtur omnis hæc operatio futura, si MORGAGNII *b)* sententia standum est, negantis ullam cellulas mastoideas inter & caveam tympani in recenti cadavere deprehendi communicationem, ut quam ipse industrie quærens nusquam oculis detexerit, neque etiam mercurii in eas immissi quidquam in caveam tympani trajecerit, utcunque offe agitato & concusso. Sed vidit communicationem tum MARTIN *c)* in puella, tum VALSALVA *d)* in „ viro ulcere ad proces- „ sum mammillarem cum hujus carie labo- „ rante, in quod quæ injiciebantur, illico „ ad

a) Ani nadv. in theatr. BAU-
XIN p. 423.

b) Epist. anat. 52 n. 25.

e) Vide §. 9. n. 1.

d) l. c. Cap. 5. §. 9. p.
89.

„ ad fauces perveniebant, adeoque a tympano, quo per illius processus sinuositates ascendebant, per tubam certe derivabantur; cum præter expositam nullius alibi, & præcipue in ore, aperturæ aut læsionis esset indicium „? Vidit omnino, ast quam non natura sed caries efformavit, reponit MORGAGNIUS; cui quidem reperi potest, tametsi e cellulis mastoideis in cavam tympani ejusmodi viam natura non straverit, posse eam nihilominus arte recludi, cum nec soliditas exigua apophyseos, nec brevitatis loci, tantopere obstant; quod enim caries patefecit in viro VALSALVÆ, id arte etiam est præstabile. Quid quod A. HALLERUS a) etiam diserte scribat, communicationem se inter cellulas ac tympanum observasse. Interea hac etiam non negata communicatione seu a natura adsit, seu arte sit parabilis, quid demum, si tuba acustica fuerit impervia, perforatio mastoideæ apophyseos auditui commodi procurabit? Extravasatum e cavea educetur. Quid porro? totane vita ulcus apertum, & citra cariem quidem, servabitur? Sin minus, ubi primum locus coiverit, redibit surditas, quam

N 5 tuba

a) Elem. Physiol. T. 5. L. 15. S. 10. §. 23. p. 222.

tuba clausa effecit *a*). Id opinor etiam in causa fuerit, cur ab nemine adhuc operatio hæc fuerit tentata. Hac itaque dimissa excutiendum superest, an non ad extravasata e cavea tympani educenda

§. 67.

5. MYRINGIS INCISIO instituenda sit? Negat id quidem fieri debere, si tuba acustica sit pervia, IUL. BUSSON *b*), quandoquidem per isthanc adminiculo injectionum *c*) evacuare extravasata sit integrum. Ast ubi clausa est tuba, extravasatum vero acre est, ut proinde, ni incidatur myrinx, metus sit, ne ab ipso extravasato dein nihilominus erodatur non sine gravibus symptomatis, etiamne myringi parces, præsertim cum hæc fere semper e vulnere rursus coeat, ex ulcere autem non perinde? Quid quod & organi universi caries alioquin sit pertimescenda? Ast in his enucleandis non est cur operam ponam, ut quæ hujus loci non sint. Hic id unum quaeritur, utrum surditatem ab extravasato in cavea tympani collecto, incisio myringis tollat, dum per eam extravasato

to

a) Vide §. 8.

b) l. c.

c) Vide §. 65.

to exitus conceditur. Atque in hocce casu vel impervia est tuba, ac tum educto licet per vulneratam myringem extravasato nihilo melior evadet auditus *a*), vel vero est pervia, & myringis incisio eatenus nihilominus suadetur instituenda, quod & nihil habeat discriminis, & injectionibus per tubam sit præferenda, siquidem hæc facilius per porum quam per tubam institui queant, & celerius omne extravasatum evacuari possit, neque illa hic, quæ in injectionibus per tubam, obtineant incommoda: verum si consideremus myringem oculis nostris esse subductam, ac proinde in operatione partem ejus, non quæ tutissime incidi posset, sed quam cæcus tactus offert, convulnerandam fore; facile evenire posset, ut vulnus eam illius partem subiret, cui mallei manubrium est annexum, quod perinde frangi, imo subinde ossicula quoque acustica dislocari, necessum foret: qua ex re etsi nihil periculi sit in vitam, audiendi tamen vitium, idque mirabile, consequi est observatum. Namque dum VALSALVA tribus canibus utramque myringem convulnerasset „ altera (ca-
 „ nis) quinquaginta circ. a membranarum
 „ perforatione exactis diebus, cum cetera
 „ etiamtum bene audiret, id tantum noxæ
 „ cæ-

a) Vide §. 8.

„ cœpit ostendere, ut unde soni adveni-
 „ rent, haud amplius videretur internosce-
 „ re; nam vocata sæpe alio se convertebat,
 „ quam in eam partem, unde vocabatur „ .
 Vitium hoc non mox sed 50 post diebus
 primum, quam myrinx pertusa est, occepit,
 nec nisi mensē duraverat; ante vero ac
 postea non observatum. Interempta dein
 cane uterque malleus fractus est repertus,
 myringæ utraque confanata, atque in una
 & situs & color a nativo abludens. Ambi-
 git quidem MORGAGNIUS a), hisne myrin-
 gis malleorumque vitiis error ille audiendi
 debeat, an multo potius gravi capitis ictui
 quem servus cani paulo ante, quam illud
 auditus vitium occepit, inflixit, ut apople-
 cticæ instar jacuerit? quandoquidem non
 toto vitæ post vulneratas myringes tempore
 permansit. Sed cum in reliquis binis ca-
 nibus hoc vitium non adfuerit, in queis
 mallei erant illæsi, nec ulli hominum a con-
 tuso capite id accidisse memoriæ sit prodi-
 tum, non immerito censendum est, læsio-
 nem malleorum id secum tulisse.

CA-

a) Epist. anat. 13. n. 12.

CAPUT IX.

MACHINÆ ACUSTICÆ.

§. 68

Ubi remedia vel supervacua vel cassa sunt, ibi interdum præsidia mechanica arte parata, i. e. *machinæ acusticæ* dictæ ad intendendum auditum non mediocris sunt utilitati, dum nimirum vel

1° Partem acusticam deficientem sup-
plent, vel

2° Soni intensitatem augent, vel

3° Myringem laxam intendunt, vel

4° Viis aliis sonos nervis acusticis applicant: idque non sine mira sæpenumero humani ingenii industria ac patientia. Hujusmodi sunt

§. 69.

I. AURICULA *factitia*, nativam deficientem supplens. „ Conficiunt, inquit I. „ DOLEUS a), ex A. PARÆO b) auricu-
„ lam

a) Encyclop. chirurg. ration. b) L. 22. C. 7.
L. 1. C. 14. §. 19. in fine.

„ lam ex conglutinata papyro aut corio,
 „ eamque ita aptatam, ut alteri correspon-
 „ deat, funiculis ex vertice aut occipite
 „ commode vinciunt, quo capillus nutritus
 „ vel pileolum gestatum fraudem istam affa-
 „ bre celet & obtegat, qua de causa et-
 „ iam pictoris industria carnis colore infu-
 „ catam, & virgula ferrea occipiti circum-
 „ positam . . . in deperditæ locum anne-
 „ ctunt „. Nonnulli vero teste BARTHO-
 LINO a) solis manibus cavis ad aures admo-
 tis auditum sibi intendunt.

§. 70.

2. PULSATIO corporum streperorum
 aut sonororum admodum, ut sunt æra cam-
 pana, tympana, &c. Experientia enim do-
 cuit, sub horum strepitu myringem surda-
 strorum laxam ita tendi, ut alios id tempo-
 ris loquentes prompte audiant. Binos huc
 facientes casus excitat SAUVAGES b), unum
 de surdastro, qui nisi velata rheda vehere-
 tur (sub cuius strepitu audiebat commode),
 colloqui aliis non poterat: alterum de nobi-
 li ab ortu surdastro, qui sonante tympano
 submissius etiam a tergo loquentes, alioquin
 ne

a) Anat. reform. L. 1. C. 9.

b) l. c. art. 8. n. 4.

ne clamantes quidem intelligebat. Perinde
 T. WILLIS a) „ accepit olim a viro fide
 „ digno, se mulierem novisse, quæ, licet
 „ surda fuerat, quousque tamen intra con-
 „ clave tympanum pulsaretur, verba quavis
 „ clare audiebat. Quare maritus ejus tym-
 „ panistam pro servo domestico conducebat,
 „ ut illius ope colloquia interdum cum uxore
 „ sua haberet. Etiam de alio surdaistro
 „ (eidem) narratum est, qui prope cam-
 „ panile degens, quoties una plures cam-
 „ panæ resonarent, vocem quamvis facile
 „ audire, & non alias, potuit. Procul du-
 „ bio horum ratio erat, quod tympanum
 „ in se continuo relaxatum soni vehemen-
 „ tioris impulsu ad debitam tensitatem, qua
 „ munere suo aliquatenus defungi poterit,
 „ cogeretur „. His affinis est æger BOR-
 RICHII b), qui in itinere flante acrius ven-
 to uxorem melius, quam domi clamantem,
 audire valuit.

§. 71.

3. TUBÆ *acusticæ* varii generis, quæ
 auri difficulter audienti applicatæ sonum al-
 lapsum intendant. Sic W. HOEFERUS c)
 „ in-

a) l. c. p. m. 99.

b) Vide §. 41.

c) Hercul. med. L. 1. C. 9.

77 instrumentum fabricant Hispani (ait) ad
 77 acutius audiendum, quod Sarbatana dici-
 77 tur, ex argento vel cupro, idque si de-
 77 lectum in auribus habent, secum gestant,
 77 ut myopes ocularia. Est autem infun-
 77 dibuli instar, cujus ampliorem partem ob-
 77 jiciunt secum loquentibus, angustiore
 77 autem auribus propriis applicant. Vidi
 77 ego tale apud Hispanam mulierem seni-
 77 culam 77. Ita etiam de I. B. LALLIO
 Nursino IC^{to} & Poeta refert I. NICIUS ERI-
 THRAEUS a), illum, cum ab anno 40
 ætatis auditu carere cœpit, opus habuisse id
 genus tuba argentea, qua auribus adnota
 loquentium voces excipiebat. Varios ejus-
 modi tubarum modulos varii proposuere,
 præsertim NUCKIUS, DECKERUSQUE b);
 tum etiam *Tympana acustica* nonnulli pro-
 tulerunt, quorum famosissimum confecit P.
 SEB. TRUCHET Carmelita c). L. HEISTE-
 RUS d) quidem non multum se ab id genus
 machinis utilitatis in ægris observasse asseru-
 it; verum memoria tenendum est, eas non
 alioquin, nisi myringi laxæ, opitulari: quid
 enim

a) Pinacoth. P. 1. imag. 73.

b) Vide *HISTORIÆ Chirurg.*
P. 2. C. 66.

c) *Annal. W'ratisl. Tent.*

4. A. 1718. April. Cl.
5. art. 1. §. 2.

d) l. c.

enim a tuba tympanove acustico speraverit
 furdaster commodi, cui infarctus vasorum
 acusticorum aut tuba EUSTACHII obturata
 auditum labefactavit? Denique suppetunt

§. 72.

4. PERTICÆ uno fine dentes surdi,
 altero corpus sonorum tangentes. Utilis-
 simum surdis iis, quibus nervi acustici sunt
 illæsi, inventum; quod qua ætate detectum
 sit, etsi liquido haud constet, novum certe
 non esse vel inde conficitur, quod seculo
 XVI. procedente non fuerit ignotum, de
 quo id temporis H. CARDANUS a) „illud
 „ (inquit) sane mirum (quod quisque ta-
 „ men potest experiri), lanceam ad lyram
 „ appositam, ut tangat, vel ad hominis
 „ os, si quis caput lanceæ reliquæ dentibus
 „ teneat, tanquam in dentibus sit auditus,
 „ sonum voces ac verba procul exaudiet,
 „ quorum nec sonum secus audire possit „.
 Quod idem haud ita multo post I. B. POR-
 TA b) paulo clarius proposuit: „ si vero
 „ (ait), ut lyræ surdus audiat sonum, vis,
 Trnka Hist. Copioſ. O „ vel

a) De subtilitate.

b) Magiz natural. L. 10.
 C. 7. fol. m. 100.

„ vel manibus aures abde rite, ne sonum au-
 „ dias, tunc capulum lyræ vel cytharæ
 „ mordicusprehendito, pulset eam alter, &
 „ concinuum in cerebro dabit sonum, & for-
 „ tasse suaviorem. Nec solum caput den-
 „ tibus captans, sed longissimam hastam,
 „ quæ lyram tangat, & per eam clare au-
 „ diatur sonus, dicique poterit, non audi-
 „ tus sensu, sed gustu percipere „. Memi-
 nere postea hujus ejusdem artificii C. SCHOT-
 TUS *a)*, H. WELSCH *b)*, CAMERARIUS *c)*,
 aliique *d)*. Sed phenomenon haud ultra lu-
 dicri limites adhuc tum pertinebat: donec
 ingeniosa humana miseria amplio rem ac fe-
 rium quoque postea usum illius cocepit. Nam-
 que H. CAPIVACCIUS *e)* illud ad diagnoseos
 utilitatem primus protulit, jubens ferri cu-
 bitum longi finem unum furdi dentibus,
 alterum chordis citharæ imponi, sicque fer-
 ro chordas impelli, quarum sonum si æger
 perciperet, morbi sedem non in ipso nervo
 acustico, sed aliqua in organi parte, latere

CON-

a) Mag. nat. L. 3. art. 2.
 syntag. 4. pragm. 1.

b) Epifagm. obs. med. obs.
 24. p. 16.

c) Memorab. Cent. 2. art. 71.

d) Annal. Wratisl. Tent. 38.
 A. 1726. Octob. Cl. 4. art.

39. p. 481. A. 2. BUCU-
 MERA Abhandlung von
 einer besondern und
 leichten Art Taube hö-
 rend zu machen S. 28.

e) Practica L. 1. p. 333.

conclufit: fin vero fonus ab ægro non per-
 ciperetur, nervum ipfum affectum effe con-
 jecit. Hoc etfi utile eft experimenti genus,
 multo tamen utilius eft, ope ejuſdem poſſe
 ab ſurdo aliorum ſermones expedite intelli-
 gi. Primus, quantum novi, illud ad com-
 munem vitæ uſum in ſurdis BEVIUS a) tra-
 duxit per varia capta in rem tentamina,
 quæ ita ipſe deſcripfit: „paretur bacillus
 „ tenuiter dolatus cujuſcunque longitudinis,
 „ modo fit tenuis ita, ut ſine notabili oris
 „ diductione poſſit teneri, latitudine polli-
 „ cem circ. adæquet, forma fit ad regulæ
 „ inſtar. Surdo porrigo alteram bacilli de-
 „ ſcripti extremitatem firmiter mordendam,
 „ ita tamen ut labia ejus bacillum non at-
 „ tingant; alteram extremitatem ipſe ego
 „ dentibus morſam detineo. Hac ratione
 „ ego cum illo, illeque mecum, confabu-
 „ lamur. Sic porro bacilli hujus ope perci-
 „ pit ille, num alia voce an ſubmiſſa elo-
 „ quar. In ſenio demum ſurdus factus qui-
 „ dam artificio hoc uſus mihi gratus retu-
 „ lit, hoc modo ejus uxorem & domesti-
 „ cos ſecum fabulari poſſe. Periculum item
 „ feci hujus inventi cum puella 20 annos

a) Commerc. Norimb. T. 13. A. 1743. hebd. 12, art. 1.
 p. 90. ſqq.

„ nata , & a secundo ætatis jam anno surda
 „ facta, cui verba æque corrupte præloqui
 „ necesse erat, ac ipsa in pueritia pronun-
 „ tiare assuefacta erat. Insuper hoc notan-
 „ dum erat, surdam, quorum ante surdita-
 „ tem nullam hæctenus acquisivit notionem,
 „ ad illa quoque respondere non valuisse.
 „ Adolescentulæ eidem alteram bacilli ex-
 „ tremam mordendam quam præberem,
 „ alteram vero clavichordii ligno transver-
 „ so, super quo chordæ tenæ excurrunt,
 „ imponerem, ipseque chordas pulsarem,
 „ ecstatica quasi auscultavit, quia nunquam
 „ hujuscemodi lusum percepit. . . . Porro
 „ si (surdaster) bacilli extremum alterum
 „ dentibus detinet, alterum vero hypocauti
 „ januæ applicat, quæ intro loquor aut ca-
 „ no, intelligit. Si vero bacillum imponit
 „ fenestræ, inaudit clangorem campanarum,
 „ tympanorum pulsus „ &c. Interea vero
 non a nemine id BEWIUS accepisse censend-
 „ us est, nullus enim dubito, experimen-
 „ tis his capiendis occasionem dedisse C.
 TRAUTMANNI a) virum Hafniensem,
 qui e morbo usque adeo obsurdnit, ut
 nec intensos strepitus nec fragores ullatenus
 ex-

a) Annal. Wratisl. Tent. 21. A. 1721. Sept. Cl. 4. 276.
 13. p. 330.

exaudiret, idque multos in annos; donec fortuito experimento eo rem solertia sua perduxisset, ut colloquentem sibi non intelligeret modo, sed verba etiam calamo exciperet. Præstabat id ope baculi mediocris lignei longioris, cujus finem unum dentibus applicuit vel interseruit, alterum vero loco, cui loquens insitebat, affixit: atque sic in ipsis Ecclesiis verba ad concionem intelligebat, imo scribendo sequebatur, quo fine proxime suggestum confedit aduersa facie, baculique finem unum dentibus prehendit, alterum vero suggesti basi affixum firmiter tenebat, sicque omnia Oratoris sacri verba ad amissim assequabatur, aliisque audita referebat. Eiusdem tenoris est casus annis abhinc 29 observatus *n*): mercator 78 annorum jam vicesimo ætatis anno seu a graviore lapsu seu vehementi narium hæmorrhagia difficillime audit, malumque frustra variis adhibitis ab ipso tempore incrementa usque adeo cepit, ut demum non nisi fortissime inelamatos auri sermones intelligeret. Depositus tandem a Medicis omnia prius expertis, neque etiam tubis acuticis vel hylum opis ad emendandum auditum ferentibus, lapsu temporum fortuitum suo morbo

n, Vide BÜCHNERUM l. c. §. 34 sqq.

naſtus eſt remedium: cum enim die quodam liberis ſuis muſicæ operam navantibus adſtans deſiderio teneretur concentum audiendi, organædus eum I. B. PORTÆ methodo ſuperius dicta voti compotem fecit: unde homo non voluptatem tantum cepit ſingularem, ſed filio ejus etiam in mentem venit, artificium hoc ad colloquendum cum aliis ſuffeſturum. Et vero BEWII paulo ante memorata methodus in uſum vocata feliciffimos habuit ſuccellus. Conſimilem quoque hiftoriam SCHLEGELII excitavit jam multo ante I. SACHSIUS a) de ſurda, quæ cornu ori indito rogabat, ut collocuturi prominenti ejus orificio labiis admotis voces in os inſpirarent, ut quas ipſa ſic audiret. Magni profecto uſus eſt hæc ſurdis colloquendi ratio, dum in eorum ſurditatis cauſas, modum, diuturnitatem, &c. a Medico inquiritur; tamenſi mirari ſubeat, eam ab nemine adhuc, quod ſciam, fuiſſe uſurpatam. Ceterum omnis hujus phænomeni ratio in eo ſita eſt, quod pertica ejulinodi ab ſonori corporis oſcillationibus aeri communicatis contremiſcens motus hos ſuos in dentes ac cetera crani ſurdorum oſſa propaget, ſicque ho-

a) Miſc. nat. cur. dec. 1. ann. 1. obſ. 35. Schol.

horum ope nervis demum acusticis iidem hī tremores applicentur, auditumque seu perceptionem sonorum concilient *a*). Neque etiam alio nititur fundamento methodus E. RAMIRESI de CARIOUR Hispani per P. a CASTRO *b*) literis mandata, surdis auditum, mutisque loquelam, conferendi, dum præmissis cathartics vertici capitis raso ac delibuto voces audiendas ac pronunciandas, inclamabat. Imo omnem præscriptum ejus apparatus esse superfluum vel inde patet; quod BEWIUS *c*) simplici suo bacillo eundem scopum & promptius & melius attigerit dicens: „ ego bacillum mordeo, appō-
 „ sitam partem applico parti capitis poste-
 „ riori, quæ est veluti paries cameræ, in
 „ qua vis imaginatrix sedem habet suam
 „ (id est occipiti), & omnia percipit sur-
 „ dus „ . Plura huc facientia apud A. E. BÜCHNERUM *d*) videri possunt.

a) Vide BÜCHNER, l. c. §. 38. sqq.

b) Misc. nat. cur. l. c. in obs.

c) l. c. p. 91.

d) l. c. §. 36.

CAPUT X.

MOTUS LABIORUM SONI VICARIUS.

§. 73.

Ad postremum tandem surditatis remedium devolvitur mea hæc lucubratio, quod post omnia cum chirurgica tum pharmaceutica auxilia incassum administrata etiamnum DEUS T. O. M. miseris mortalibus audiendi facultate privatis fecit reliquum, ne videlicet eo illos sineret prorsus destitutos commodo, quod socialis hominum vita in præcipuis habet, nimirum sensa aliorum rite & expedite intelligendi: quæ cum inter audita præditos vocis articulatæ beneficio cognoscantur, natura ingeniosa juxta ac sollicita mater, ut surdis quoque ea in re non deesset, pro vocum articulatarum sonis ut ad oris, labiorum, linguæ, gutturisque motus, queis voces articulatæ effinguntur, animum adverterent, admonuit. Ususque docuit, iis, qui olim auditu gavisi loquelam, pro eo ac par est, condidicere hoc observationis improbo exercitio conjunctæ genus maximo ad aliorum sermones intelligendos in vita fuisse adminiculo. Volupe, opinor, erit, in rem adeo

adeo singularem nonnulla attulisse exempla. Narrat OL. BORRICHIVS a) matronam curru ab equis pavore correptis excussam caput plateæ strato adeo impegisse, ut toto triduo sui impos jaceret: ubi vero ad se rediit, surda prorsus erat: nec ulla seu interna seu externa auxilia vitio huic tollendo paria (ne cauteriis quidem occipitis exceptis) erant. Eapropter ex illo tempore audiendi organa in oculos transtulit, maritumque & alios familiares loquentes ex oris, motu attente observato propemodum ita plene intellexit, ac si integer ei auditus fuisset. Perinde I. C. LETTSCM b) meminit surdi sermonem e motu labiorum observato intelligentis, omnemque sonum, si is corpori, cui ipse insitit, motum contremiscentiæ imprimat, percipientis. I. SACHS c) refert casum hominis post variolas cophosi mulctati, qui nihilominus artem pictoriam postea & scrinariam proprio Marte condidicerit: cumque ad surditatem abigendam varia necquidquam tentasset, postea ad sermones e motu organorum vocalium observato intelligendos ani-

O 5

mum

a) A&M. med. Hafn. Vol. 3. obs. 77.

b) Medical. memoirs of the gen. Dispens. in Lond. for

part of the Years 1773-4. Sect. 7.

c) l. c.

mum applicuit eo cum successu, ut deinde cum omnibus, præsertim vero cum sibi notioribus, colloquia miscuerit, imperata peregerit, ad quæsitæ (etiam musitando tantum prolata) exacte responderit, oratorem sacrum in templo ad concionem verba facientem cum fructu accesserit. Peracta confessione auriculari Ecclesiasticis absolutionem expectans, intente admodum labia ejus (pœnitentiæ pensum injungentis) inspectabat, ne quidquam verborum sibi excideret. Ita etiam C. SCHOTTUS a) „ novi (inquit) in Sicilia „ virum doctissimum e Soc. nostra, qui fur- „ dus erat penitus, & tamen promptissime „ de quavis re tam cum nostris quam cum „ externis agebat, tamen nullum perciperet verbum, dummodo labiorum motum loquentium videret. Hujus rei experimentum manifestum tunc vidi, cum virum alium ejus rei experimentum capere volentem perspexi diu cum illo colloqui nullo prolato verbo, sed sermone tantum linguæ ac labiorum motu efformato. Idem (pergit Auctor) notatum fuit in P. PAULO LAYMAN, . . . qui cum fistulæ æneæ incauta explosione prope aures illius facta in solemnî quadam processione vim audiendi omnem amisisset,

ass-

a) Physic. curios. L. 3. p. 369.

„ assidua postea oris loquentium observatio-
 „ ne didicit visū percipere, quod non pot-
 „ erat auditu „ . Apud N. TULPIUM *b)*
 vir e templi culmine delapsus in obauditionem incidit, quæ ab instillato manu empyrici auribus oleo quopiam potentiori in cophosin degeneravit immedicabilem. Audita sic privatus a visu opem petiit: enim vero solo labiorum motu inspecto quorumvis hominum sermones non e longinquo minus quam cominus usque adeo intellexit, ut vice quadam e summo ædium tabulato in plateam despiciens colloquentes ibidem intellexerit. Cum feminis, queis labia barba non protegit (id enim, quo minus barbatos expedite perciperet, obstabat), tam prompte miscebat colloquia, ut jurasses nihil ejus auditum morari. Mihi quoque adolescentulo videnda obtigit anus coqua prorsus surda: huic ad conclavis januam consistenti cum herus mecum collocutus e passuum aliquot intervallo, quos cibos ea die manducare velit, nominatim imperaturus, absque ulla edita voce, linguæ tantummodo labiorumque motum, qualis ad memoratos cibos enunciandos fuerat necessarius, instituisset, anicula ejus ori intentissima, ubi ipse conquievit,
 utrum

a) Obs. med. L. 4. C. 18.

utrum mandata recte affecta sit, eadem illa proclius ciborum nomina enunciat, assensum praetolata; cumque herus capite annuisset, rite ipsam intellexisse singula, imperata fecit. Memoria denique dignus est casus puellae a DE LA RUE a) visae ad 15 annos natæ, forma juxta ac ingenio, morumque comitate conspicuae, cui morbus vehemens auditum fuitulit. Hæc non solum e motu labiorum sermones celeriter est affecta, sed etiam in id intenta erat, ut si forte visu quoque, qui solus auditus jacturam supplebat, orbari se contingeret, modus sibi nihilominus superesset sensa aliorum cognoscendi. Idcirco eo rem industria sua perduxit, ut quæcunque digiti apice ejus in manus, brachia, frontem, dorsumve, ductibus literarum in modum efformatis, utcunque celeriter, idque noctu perinde ac interdium, inscriberentur, universa intellexerit; imo etiam ad non dum absolutam hæc methodo periodum intentam responderit. Recte itaque huc illud OVIDII b) grande dolori ingenium est, miserisque venit solercia rebus.

Plura ejusmodi exempla apud P. BORELLUM c), de nauta 20 annor. a 5^o
 xta-

a) SANDERU, Journ. de médecine T. 6. sub. fin.

b) Metam. L. 6. v. 374.

c) Hist. & obs. med. phys. Cent. 4. obs. 23.

ætatis anno e gravi morbo cophosim passo, R. LENTILIUM a), F. PLATERUM b), F. I. THERMAIUM c), M. ZEILLERUM d), &c. reperire est. Hæc autem ratio sensa aliorum e solo labiorum motu observato cognoscendi quamvis iis vel maxime, qui non ab incunabulis, sed post obtentam jam loquendi peritiam, auditu privati fuere, sit conveniens, ut qui, qua in re sermo humanus consistat, usu didicerint; tamen etiam iis, qui a teneris auditu carere, non est impossibilis, quandoquidem experientia multiplex cum successu capta id comprobaverat; nisi quod res operosi sit laboris ac patientiæ singularis. Primus tentaminis hujus periculum fecit P. PONTIUS Hispanus monachus, quem postea alii sunt secuti e).

HI-

a) Misc. nar. cur. dec. 3, an. 10. app. p. 36.

b) Obs. L. 1. p. m. 113.

c) Conf. med. L. 1. C. 9. Sch.

d) Cento 7. Epist. 49.

e) Annal. Wratisl. Tent. 11. A. 1720. Mart. Cl. 5. art. 1. §. 2. p. 345. A. 2. ВУСНАВА 1. c. §. 16. sqq.

HISTORIA I.

FR. HOFFMANNI a).

Vir 27 annor. literatus, sanguineo-chole-
 ricus a teneris torminibus, colicæ, cephal-
 algicæ, somno turbulento, ventriculique de-
 bilitati obnoxius, cum olim obauditione,
 quam pater quoque ejus experiebatur, labo-
 rare cœpisset, educto e læva aure cerumine
 cerasum æquante, duro ac fere gypseo, ut
 vix cultro secari potuerit, consecutoque fluxu
 humoris instar lymphæ tenuis, rubelli, ob-
 audire desit: at fluxus nec remediis com-
 pesci potuit, nec pubertatis annis superve-
 nientibus cessit, nec postea lævi brachii fon-
 ticulo; imo hoc aliquamdiu præsentem etiam
 ex dextra aure huc usque sana copia mucii puru-
 lenti viscidi, citrini, fœtidi cum tinnitu
 (quem tamen compressio oris ac narium,
 sub qua flatus per tubam acusticam ac myrin-
 gem erumpebat, levabat), porique acustici
 pruritu ac dolore ad certas aeris constitutio-
 nes profluere cœpit, ita ut in frigore hu-
 mido fluxus minueretur, sed non sine obau-
 ditione, sereno vero cœlo largior procede-
 ret

a) Conf. & respons. med. Gent. 1, cas. 40.

ret cum liberiore auditu, donec tandem in humorem sero non dissimilem mutaretur. Postea vero quam sub hyemis horridæ austera tempestate in itinere frigus insigne perpessus fuisset, sub ver in podagram chiramgramque incidit, queis intra 3 hebdomades remediorum ope depulsis successit in volis ac plantis rubor cum molesto ardore, tum cutis elevabatur, abscedebat, ac denique reddebat largam tartaræ materiæ quantitatem. &c.

HISTORIA II.

EIUSDEM b).

Viduus undeseptuaginta annos natus, sanguineo-cholericus, sobrius, corpore firmo, ad vertiginem in scalarum præsertim descensu, nec non cervicis dolorem cum capitis debilitate post meditationes acrioremque animi intensionem proclivis, dum in frigore humido ex itinere domum rediisset, noctu repente spasmo cynico lateris lævi correptus est cum labiorum inflatione, ac versus angulum sinistrum inflammatione: oculus lævus
san-

b) Ibidem cas. 41.

sanguine erat suffusus, lingua pustulis cum ardenti dolore obsita; febris tamen nulla, neque sensuum imminutio, aderat. Adhibitis itaque lenibus diaphoreticis, discutientibus, nervinis, blande laxantibus, siccis fomentis, frictionibusque sensim omnia sunt emendata; sed atonia quædam in musculis oris restitit; ut nequiret more solito tibiærum sonum imitari, simulque gravissima successit obaudicio præsertim sinistra in aure, quæ sine tinnitu ac susurris erat, & nec deterior tempore humido nec cælo sereno remissior; nisi quod auditus sub dio foret liberior, quam in conclavi, & in fornicatis locis, sono præpagando alioquin aptissimèis gravior ac plane nullus: contra vero facillimus, si æger a puncto sonoro aliquantum remotior superiorem dextræ auris regionem a capite paululum reclinaret. Quod si enim juxta horologium pendulum constitit, pulsus ejus non audit, nisi ubi ad 4. 5. passus regressus aurem modo memorato levavit. &c. *Tam huic, quam præcedenti, ægro varia præscripsit consultus Auctor; sed quoniam de effectu remediorum, exituque morbi nihil in litteras relatatum inveni, illa huc transcribere operæ pretium hæud esse censui.*

HISTORIA III.

ZACH. VOGEL c).

Matrona undequadragesima annorum sanguineo-cholerica A. 1754 Novembr. tertiana in 9 hebdomades durante correpta, usurpatis remediis post 14 dierum inducias in duplicem quartanam incidit, qua electuario quodam fugata non multo post quartana simplex reversa eam trimestri vexavit, sub qua subsistentibus catameniiis facies inflata flavescibat; hisque ex vehementi terrore post sram oborto erysipelas totius capitis accessit, facie præsertim & auribus ex inflammatione eumentibus: quo malo die 3^a aliquantum remittente, utraque ex aure sanies cruenta & foetida erumpens cophosin intulit; sed fluxu post quatrimum imminuto auditus denuo revertit. His superatis varia adversus febrem usurpata eam exlegem effecerunt, ut quæ sæpenumero conticescens postea modo cum calore intensiore, modo cum diuturniore frigore, repetierit,

Trnka Hist. Cophos. P donec

c) Anat. chir. und medic. Beobacht. und Untersuch. n. 30.
p. 211. 199.

donec in usum vocatis nescio quibus guttulis prorsus desit. Verum per semestre quarta quavis hebdomade aurium inflammatio cum faciei tumore, surditate, & saniei cruentæ foetidæ ex utraque aure per 4. 5. dies durante effluxu infestabat. Auditus quidem postmodo rediit; sed quo tempore aures manabant, ob earum foetorem hominum consortium ei vitandum erat. Porro ex quo hoc mali genus invasit, faciem auresque inflatio ex atro rubens & candicans vitiavit. Cumque principio non nisi crura pedesque tumerent, vesperique rigerent cum ardore, in præsentem abdomen etiam tumescere, durumque ac striatum fieri cœpit, cum somno contracto, anorexia, omnisque cibi aversione. Idcirco celebrata bidui catharsi datis eccoproticis, quæ magnam fecum vim eduxere, postea regimen diæticum, pravum hactenus, est correctum, prohibitis cibis dyspeptis frigidis, a quibus dolentem ac respiratori officientem singultum haud raro patiebatur, horumque in locum eupeptis calidis suffectis: animi quoque motus ut in potestate haberet, commonita est. Porro quotidie bis terve infusum e speciebus aperit. min. Herb. millefol. Rad. chin. sarsap. Cort. citri bibendum datum, simulque MR^a sequens præscripta:

℞. Extr. Iyxipyric.

Curcum.

Rhei ãã ʒ iij

℞^{ss} ♂ helleb. W. ʒ β

Liq. ▽ fol. □

▽^{ss} Cinnam. ãã ʒ j

℞ ⊖ vol. oleos. SYLV. ʒ iij. M.

S. quarta quavis hora gtt. 80. Horum cusa matutino tempore: ægrota ad horam usque 9^{am} aut 10^{am} lecto se tenere debuit, ut ab usu eorum leni sudori vacaret. Quovis autem vespere ante somnum capiendæ erant 6 pilulæ e MP bals. BECHERI ʒ β, MP. de Succin. CRAT. ʒ ij. Extr. panchym. CROLL. ʒ j. paratæ. Denique singultui crebro ac diurno obviam itum efficaci semper in hoc malo ☉ Absinth. ver. destill. aut ☉ Cajeput ad gt. ij. iij. jv. cum sacch. vel pauxillo Theato potu exhibito, nec sine optato eventu. His ita administratis effectum est, ut intra 14 dies alienus faciei color insigniter decederet, tumorque ejusdem & reliqui etiam corporis, una cum striis abiret: somnus factus reficiens, ardor artuum remisit. Unde hebdomade 3^a, præmissa ante somnum pediluvio, postero mane sanguis e pede ad ʒ viij. eductus. Auribus lac tepidum injiciebatur, sanies eluebatur, postea vero cavum aurium aqua acu-

stica leniter abluatur, ac bombace humectato per aliquot dies regebatur.

Tempore, quo aures tumere, inflammari, saniemque fundere consueverant, adventante ægram cephalalgia cum colica hysterica invasit; sed malum cathartico cum admistis antihystericis egregie levatum est, ac licet aliquot adhuc dies venter moleste habuerit, tamen hac vice nec menstrua apparuere, nec etiam aures manarunt. Cumque ægra a diætâ ac remediis non recessisset, ac præterea quovis mane, priusquam surgeret, abdomen grossis pannis calidis aliquamdiu fricisset, atque imminente rursus catameniorum periodo semel atque iterum pediluviiis usa fuisset, erumpentes tandem tempore justo citra molestiam singularem menses, diætâque ut par erat, observata, ac pauca quædam addita remedia, matronæ pristinam reddere valetudinem.

HISTORIA IV.

IO. IAC. WEPFERRI d).

Vir ad 34 annos natus firmo corpore, nulla ad hanc usque ætatem ægritudine laboravit, nisi vel a crapula postero die usque ad vesperam cephalalgiam cum vomitu mucæ causante, vel ab ira, quæ mucæ bilisque vomitum ciebat, vel ab Idiosyncrasia ad nonnulla ingesta jam cephalalgiam, jam stomachi pondus, jam alvi fluxum producentia, vel denique a diutius protracta ambulatione hæmorrhoidum cæcarum tumorem cum pruritu ardentem causante. Junior hæmorrhagias narium est expertus, quæ subsistentibus A. 1657. ætate in obauditionem cum tinnitu incidit, quam usus masticatorii profligavit. A. 1658 a cerevisiæ vini in locum suffectæ potu rediit obaudicio, sed aqua Anhaltina ope bombacis auri indita, illitoque circum aurem spiritu fuliginis vel simili, ac pediluvio bis terve usurpato, rursus in annum inducias dedit. Autumno demum A. 1659 malo tertium invadenti nil oppositum, præsertim quod anno insequente ægro

P 3

ad

d) Obs. med. pract. de affectib. capit. obs. 188.

ad vini potum reverso auditus acuebatur; mansit nihilominus obauditio in annum usque 1652, quo post initum mense Sept. conjugium aurem dextram pungens corripuit dolor. Incassum adhibebatur jam aqua Anhaltina, nec plus profuit moschatus bombox, licet usque ad A. 1669 usurpatus, quo toto tempore nulla alia auxilia, præter thermas A. 1656. cum scarificatione usurpatis, V. S. ac pilulas Francos. administrata fuere. A. 1669 thermas iterum adiit, ubi spongiam aqua fervida imbutam, fortiterque expressam auribus eo cum levamine applicuit, ut integri inde auditus recuperandi spes affulgeret. A. 1670 Octobr. post cœnam inter legendum strepitus ingens in aure dextra sine causa manifesta obortus postero quoque die stridendo ac pulsando afflixit cum cervicis dolore; iste fomentis cessit, ille non perinde. Hyeme sequente dolor cervicis, ac mitior, revertit: pugnatum fumo contra fluxus, & sp. arthrit. Vere A. 1671. pungens auris dextræ dolor rediit: auris obstructa erat, beneficio auricularis digiti aperta est, emanavit aqua flava tam copiosa, ut ad pectus usque noctu defluerit, duravit octiduo. Vapor quidam acusticus, auri immisus sine levamine; imo post hæc alteram quoque aurem obauditio cum tinnitu

Inva-

invasit. Æstate acidulas incassum bibit. Octobri fonticulus excitatus. Hyeme pluvia subsequente sinistrae auris obauditio tinnitusque increvit pedetentim, idque ad Julium usque protractum A. 1672. quo in statu cominus quidem sonos articulatos mediocres etiam intelligebat, remotiores autem nullatenus. Si prope cathedram sedebat, voxque recta versus eum ferebatur, dicentem capiebat, praesertim manu auri admota. Laevae auri melior praeter dextra erat auditus. Submissior sonus non nisi proxime aurem editus intelligi ab eo poterat. Auditus mane liberior fuit, a paitu vero aut potu largiore, pluvio item tempore deterior. Tinnitus in aure dextra acutiorem sonum exilioremque, in laeva autem obtusiozem, ac veluti murmur, æmulabatur, quod prout spiritum vel cohiberet vel emitteret, intendere minuereque ei licuit. Aliquot ante annis coryza quoque vere & autumno accidit; & a triennio siccas semper nares expertus est. Cervicis dolor nondum penitus decessit: dum contentius ambularet, sentiebat pulsationes in occipite. Quando caput concutiebat, sensit commotionem cujusdam corpusculi, non ceu liquidi, sed ceu tintinnabuli ænei globosi. Cerumen auris dextrae ab A. 1661 ad usque 1672 protractum paucum erat, album fluidum, pellucidum, spumeum, amarissimum,

num, tenaxque. Nisi 3^o quoque die porus mund. retur, pruriebat. Sinistræ quoque auris cerumen a biennio imminutum fuit, priorique simile, atque ultra triduum retentum excitabat prurium. Evigilans a somno animadvertit sibi dormienti salivæ plurimum ex ore effluxisse, eo quod maderet gena, pulvinarque humectatum reperiretur.

Hujus quoque ægri exitus in Auctore desideratur.



B L E N C H U S**LIBRORUM****ET****AUCTORUM CITATORUM.**

- | | |
|---|-------------------------|
| Aët.med.Berol. (v. Gohl) | Baglivus p. 82. 83. |
| Aët. med. Hafn. p. 41. | 85. 89. |
| 155. 165. 217. | Bailly p. 68. |
| Aët. Londin. p. 106. | Bartholinus Th. p. |
| Aët. nat. cur. p. 15. 16. | 10. 11. 36. 41. 52. |
| 24. 25. 34. 49. 65. | 61. 98. 137. 165. |
| 116. 118. 142. 181. | 206. |
| Aët. Parisin. p. 68. 94 | Bauhinus p. 200. |
| 159. 193. | Bemerkung. u. Unterf. |
| Aët. Suecica (v. Hiort-
berg & Lindhult). | von London p. 168. |
| Aëgineta p. 36. 182. | Bewius p. 211. 215. |
| Albrecht p. 44. | Bierlingius p. 96. 110. |
| Albncafis p. 176. 183. | Binniger p. 140. |
| Altomarus p. 135. | Blegny p. 42. |
| Amatus p. 30. | Boerhaave p. 11. 48. |
| Annales Wratisl. p. 20. | 113. |
| 22. 23. 26. 27. 91. | Bonetus p. 10. 33. |
| 99. 131. 158. 159. | 66. 68. |
| 208. 210. 212. 221. | Eorellus P. p. 29. 95. |
| Apinus p. 110. | 220. |
| Aquapendente p. 50. | Borrichius p. 155. |
| 178. 184. | 217. |
| Arends p. 33. | Boucher p. 86. |
| | Brückmann p. 158 |
| | Büch- |

- Büchner p. 35. 95. 99.
 210. 213. 215. 221.
 Buffon p. 199. 202.
 Camerarius p. 210.
 Campardon p. 169.
 Capivaccius p. 141. 210.
 Cardanus p. 209.
 Cariour p. 215.
 Casserius p. 10.
 a Castro p. 215.
 Celsus p. 26. 36. 92. 112.
 134. 140. 171. 173.
 174. 177. 179. 189.
 Chalybæus p. 131.
 Cheselden p. 47. 53.
 Cleland p. 175. 193.
 197.
 Cnæffelius p. 59. 143.
 Coiterus p. 113.
 Commentar. Bonon. p.
 159.
 Comm. Edinb. p. 117.
 Commenc. Norimb. p.
 37. 211.
 Daniel p. 139.
 Deckerus p. 208.
 Derham p. 95.

- Detharding p. 170.
 Diemerbræck p. 113.
 Digby p. 143.
 Dioscorides p. 125.
 Dispensat. Viennens.
 p. 135. sqq.
 Dolæus p. 134. 174.
 205.
 Donatus Marc. p. 185.
 Donauer p. 99.
 Dorstenius p. 44.
 Douglas p. 194.
 Drake p. 51.
 Drelincurtius p. 33.
 Ebersbach p. 20.
 Eggerdes p. 156.
 Ectmüller p. 14. 75.
 95. 115. 125. 132.
 141. 143. 155.
 Eustachius p. 113.
 Faber P. p. 108.
 Fabricius p. 113.
 Fallopius p. 127.
 Fernelius p. 32.
 Fischer p. 133.
 Fonseca p. 127.
 Fontenellius p. 94.


Fore-

- Forestus p. 18. 21. 24. 30. 89. 90. 132. 143.
 Fürsten u p. 181.
 Gabelchover p. 133.
 Gerbez p. 17.
 Gohl p. 9. 21. 22. 26.
 Gordonus p. 117.
 Grembs p. 134.
 Grübelsius p. 142.
 Grülingius p. 143.
 Guyot p. 193.
 Hæn p. 23. 24. 165.
 Hagendorn p. 35.
 Halier p. 37. 48. 53. 62. 68. 69. 95. 112. 144. 165. 199. 201.
 Hannemannus p. 175.
 Haygarth p. 168.
 Heister L. p. 10. 20. 24. 43. 58. 173. 188. 190. 208.
 Hellwig p. 93. 125.
 Helwich p. 99.
 Henry p. 67.
 Herduinus p. 190.
 Hildanus p. 14. 28. 31. 44. 54. 177. 178. 191.
 Hjortberg p. 163. 167.
 Hippocrates p. 9. 17. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 92. 100. 101.
 Höchsterter p. 138.
 Hæfer p. 207.
 Hoffmann F. p. 14. 19. 22. 29. 33. 38. 58. 78. 86. 107. 108. 119. 129. 135. 140. 144. 145. 146. 148. 169. 173. 178. 222. 223.
 Hollerius p. 138.
 Horstius p. 56. 127.
 Ioel p. 143.
 Journ. de medec. p. 55. 56. 67. 86. 165. 167. 169. 220.
 Kaltschmied p. 59.
 Kerckring p. 61.
 Kircherus p. 125.
 Lachmond p. 35.
 Lamzweerde p. 15. 154. 190.
 Lanzonus p. 15. 24. 25. 51. 70. 142.
 Lau-

- Laubius p. 34.
 Lentilius p. 17. 18. 24.
 35. 38. 44. 221.
 Lentin p. 20.
 Leske p. 45. 94. 175.
 194. 197. 199.
 Lettsom p. 217.
 Lindhult p. 160. 161.
 162. 163.
 Littré p. 68.
 Lœfeke p. 51.
 Lycosthenes p. 36.
 Lyserus p. 133.
 Marcellus p. 112.
 Marchettus p. 191.
 Martin p. 55. 56. 67.
 Materni de Cilano p. 16.
 Mercatus p. 137.
 Merfennus p. 66.
 Michel p. 93.
 Misc. nat. cur. p. 12. 17.
 24. 25. 30. 35. 37.
 39. 41. 44. 51. 59.
 70. 99. 110. 114. 123.
 128. 142. 143. 154.
 156. 170. 175. 214.
 215. 221.
 Mœgling p. 37.
 Monio P. p. 150.
 Morgagnius p. 10. 12.
 32. 34. 43. 49. 50.
 53. 57. 63. 64. 65.
 65. 77. 93. 112. 113.
 157. 180. 184. 193.
 200. 204.
 Morton p. 24.
 Müller p. 41.
 de Muralto p. 128.
 Mynsichtus p. 135.
 Nebelius p. 116.
 Nicius p. 208.
 Nuckius p. 208.
 Oethæus p. 105.
 Ovidius p. 220.
 Palfyn p. 194.
 Paræus p. 205.
 Pasch p. 69.
 Pauli p. 130. 131.
 Paullini p. 2. 30. 92.
 93. 95. 129. 133.
 Pechlinus p. 40.
 Penotus p. 125.
 Petitus p. 194.
 Perold p. 18. 53. 105.

- Platerns p. 5. 24. 38. 45.
 70. 88. 143. 221.
 Pontius p. 221.
 Poppius p. 133.
 Porta p. 209.
 Portal p. 197.
 Poterius p. 38.
 Prævotius p. 137.
 Puckerus p. 133.
 Raygerus p. 31. 129.
 130.
 Reifnerus p. 129.
 Richter p. 29.
 Riedlinus p. 2. 13. 16.
 30. 31. 44. 70. 88.
 97. 98. 128. 143. 146.
 154. 156.
 Riolanus p. 29. 57. 200.
 Riverius p. 77. 126.
 128. 143.
 Rivinus p. 114.
 Roberdeau p. 42.
 le Roy p. 153. 159.
 Ruckerus p. 37.
 de la Rue p. 220.
 Rulandus p. 133. 137.
 138.
- Sachsius p. 214. 217.
 Sammlung. Fränk. p.
 96.
 Samml. auserles. pract.
 p. 151.
 Sauvages p. 168. 197.
 206.
 Schacht p. 81. 82.
 Schenckius p. 105.
 Schlegel p. 214.
 Schobelt p. 24. 151.
 Schottus p. 21c. 218.
 Schræckius p. 123.
 125.
 Schrætterus p. 154.
 Schulze I. H. p. 13.
 38. 49. 65. 108. 118.
 135. 136. 139.
 Scultetus p. 15. 154.
 180. 190.
 Sennertus p. 145.
 147.
 Severinus M. A. p.
 34.
 Silvaticus p. 3. 6. 18.
 34.
 Smetius p. 27. 68.
 Speng-

- Spengler p. 164.
 Spindlerus (v. Raygerus) p. 85.
 Stahlius p. I. 113.
 Stockhausen p. 53.
 Störck p. 91. 92. 122. 123 150.
 Storch p. 24. 88. 91. 92. 97. 116.
 Swieten p. 45. 48.
 Sylvius p. 33.
 Thiermair p. 221.
 Thompson p. 151.
 Thonerus p. 135.
 Timæus p. 22. 27. 52. 136.
 Tozzi p. 26.
 Trallianus p. 141.
 Trautmann p. 212.
 Truchet p. 208.
 Tulpius p. 46. 133. 219.
 Valentinus p. 39. 44.
 Valsalva p. 44. 46. 47. 48. 60. 63. 65. 149. 192. 200.
 Veratti p. 159.
 du Verney p. 37. 39. 42. 52. 75. 78. 81. 134 171. 183. 190.
 Vogel R. p. 94.
 Vogel Z. p. 225
 Uylhoorn p. 36.
 Wagner p. 12.
 Walæus p. 39.
 Walther I. G. p. 143.
 Wathen p. 45. 94. 194 197. sq.
 Weber p. 166.
 Welfchius p. 210.
 Wepferus p. 4 15. 16. 229.
 Werlhof p. 24.
 van der Wiel p. 165.
 Willifius p. 61. 207.
 Wiocklerus p. 24. 114.
 Wittichius p. 129.
 Zechias p. 136.
 Zeillerus p. 221.
 Zetzellius pag. 165. 167.



SERIES OPERIS.

P A R S I.

T H E O R E T I C A.

Caput 1. Definitio & varietas cophoseos. pag. 1.	
Caput 2. Causæ proegumenæ	6.
Caput 3. Causæ procatarticiæ	11.
Caput 4. Causa proxima	71.
Caput 5. Diagnofis	73.
Caput 6. Prognofis.	82.

P A R S I I.

P R A C T I C A.

Prolegomena theoriam curationis sistentia. p.	104.
Caput 1. Vacuantia	104.
Caput 2. Nervina.	121.
Caput 3. Ulcera artificialia	147.
Caput 4. Succucentia corpus.	156.
Caput 5. Cerumen liquantia.	166.
Caput 6. Illapsa exinendi ratio varia	172.
Caput 7. Pori acustici impervii referatio . .	187.
Caput 8. Tubæ Eustach. & cavæ tympani infarctum tollendi modi.	191.
Caput 9. Machinæ acusticæ.	205.
Caput 10. Motus labiorum soni vicarius	216.
Historiæ 4 cophoseos	222. sqq.

UNIVERSITY OF
SOUTH FLORIDA